Digitized by Google

270

NAZ. CENTR.
204
STANZA
6 E
11
R. BIBLIOTECA VITT. EMAN II
ROMA

Digitized by Google

CC. II. 3.
204. 6-E. 11
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

SELECTIORA NUMISMATA IN ÆRE MAXIMI MODULI E MUSEO

Illuſtriſſimi D. D. FRANCISCI DE CAMPS
Abbatis S. Marcelli, & B. Mariæ de Siniaco,

Conciſis interpretationibus per D. VAILLANT D. M.
& Cenomanenſium Ducis Antiquarium,

ILLUSTRATA.

PARISIIS,
Apud ANTONIUM DEZALLIER, in Vico San-Jacobæo,
ad Coronam Auream.

M. DC. XCV.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

LECTORI.

NUMMOS veteres ex omni materia, omnique modulo ſummâ curâ multiſque ſumptibus collegit undique multis ab hinc annis illuſtriſſimus ABBAS DE CAMPS, tàm proſpero ſucceſſu, ut rei nummariæ ſtudioſis omnibus, Principibus etiam non paucis opulentior in eâ re tandem evaſerit: hi ſiquidem nummos habent permultos, ille verò numiſmata maximi moduli mole, cælaturâ, raritate eximia, in quibus Imperatorum ſeriem, ſi paucos excipias, cernere licet, ut & res ab eis præclarè geſtas, & quidquid in hiſtoriâ Romanâ legitur auguſtius. Ab amicis ſæpe

Digitized by Google

invitatus, ùt quæ privatæ ſtudens, tùm utilitati, tùm voluptati ſibi comparaverat, in publicum commodum transferret, annuit comiter votis amicorum, ipſe tamen diverſis negotiorum generibus implicatus ea in ære priùs, prout extant in ipſis exemplaribus, accuratè inciſa, explicanda mihi poſtmodùm tradidit. Utere igitur, Lector, eruditis opibùs Muſei Abbatis illuſtriſſimi, uſque dum publica fiant quotquot ſuperſunt, ex auro, argento, ære ſelectiora numiſmata. Inter recentiores Cæſares unicum invenies extra ſuum ordinem collocatum, inſcitiæ ne aſcribas, poſt cælatos jam ſucceſſores ipſum recuperavit.

Digitized by Google

INDEX AUTHORUM.

Acta Conc. Chalcedonenſis. pag. 100
Alciatus. 98. 104
Ammianus Marcellinus. 108. 121
Apollodorus. 35
Appianus. 36. 108
Ariſtides. 36.82.91.92.104
Artemidorus. 86. 90
D. Athanaſius. 83
Athenaeus. 60. 83
Aurelius Victor. 95.101.102.124.129
Baronius 11. 12
Calendarium vetus. 41
Calpurnius. 119
Capitolinus. 27.35.37.39.40.45.84.85.87.91.96
Cicero. 53
Cimelium Regis Chriſtianiſſimi. 18.19.64.76.110
Dio Caſſius. 5.9.26.31.32.35.37.43.48.53.64.72.78.83.110
Dio Chryſoſtomus. 89.97
Dionyſius Halicarnaſſeus. 23
Diodorus Siculus. 123
Euſtathius. 40.56
Eutropius. 102. 130
Fulgentius. 94
Gaza Chriſtina Reginae. 57
A. Gellius. 41
Herodianus. 47.57.66.72
D. Hieronymus. 55
Hyginus. 23.54.63.103.
Iſidorus. 49. 84
Juſtinus. 108
Juvenalis. 20. 42
Lampridius. 43.47.48.50.51.52.54.81.82
Lilius Giraldus. 103
Livius. 26.45.54.71.104
Lucianus. 80
Macrobius. 23.24.25.42.94.112

INDEX AUTHORUM.

Manilius. 6
Marmor Oxonienſe. 18.60.68
Medicbarbus. 51
Morellius. 27
Nicaſius Abbas. 111
Occo. 93
Oppianus. 21
Ovidius. 29. 89.
Pauſanias. 18.19.53.66.67.79.92.98.114
Philoſtratus. 11.18
Phornutus. 23.53
Photius. 22.76
Plinius. 1.6.17.70.111
Plinius Junior. 13
Plutarchus. 25.41.67.71.114
Polybius. 22
Pomponius Latus. 106
Porphyrogeneta. 22
Prudentius. 30
Ptolemaeus. 100
Seguinus. 3.14
Seneca. 30
Seneca Tragicus. 21
Sextus Pompeius. 38.41.
Sextus Rufus. 107
Spanhemius. 126
Sponius. 30
Statius. 29
Stephanus de Urbibus. 17.24.79.
Strabo. 1.3.22.40.48.59.60.70.84.92.100.103.108
Suetonius. 7.8.10.11.12
Suidas. 64.68
Tacitus. 7.10.39.68.69.78.92
Trebellius Pollio. 109.115
Triſtanus. 33.71.105.107
Io. Valens. 1.50.64.75.76
Vegetius. 74
Virgilius. 20.24.45
Vopiſcus. 112.116.117.118
Zoſimus. 97.98.101

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Pag. 1.



NUMISMATUM
EX ÆRE
MAXIMI MODULI
EXPLICATIO.

AUGUSTUS.

SALDUBA Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs ad Iberum amnem ſita, mutato nomine, ab Auguſto appellata eſt CÆSAREA AUGUSTA, ut duæ illæ literæ C. A. ſeorſim inter ſe cum puncto in nummis ſeparatæ, innuunt: deinde uno verbo CÆSARAUGUSTA à Scriptoribus nuncupata videtur, quod nomen accepit, poſtquam diviſâ inter Auguſtum & P Romanum Hiſpaniâ, Tarraconenſis cum aliis Provinciis illi ceſſit, urbemque, Romanam conſtituit coloniam, tranſmiſſis in eam partim veteranis Legionum IV. Scythicæ, VI. Ferratæ, & X. Fretenſis: ut nos docent illius inſignes nummi ſuperſtites. Urbs autem non modò colonia facta eſt, ſed immunis pronunciata: unde tot beneficiorum memor hunc maximi moduli nummum inter alios cujuſ-

Strab. lib. 3. pag. 161.

Lib. 1. Col.

Plin. lib. 3. cap. 3.

vis formæ munificentiſſimo Fundatori, tanquam perpetuo hoſtium victori cum corona è lauro contexta dedicavit. Arragoniæ urbs primaria & metropolis à Joanne XXII. Pont. Maximo effecta, hodie *Caracoſſa* corruptè dicitur pro Cæſarauguſta.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

LIVIA, *ſeu* JULIA.

VULTUS Liviæ ſeu Juliæ Auguſti conjugis in plurimis nummis ſignatus eſt, nomen autem rarò appoſitum: In Romanis quidem Tiberio filio annuente anno U. C. 775. & Druſo nepote impetrante anno 776. ſed ſub *Juſtitiæ & Salutis* effigie in iis qui Tiberii nomen præferunt, & ſub *Pietatis* imagine in Druſianis; Senatus enim ſui juris adhuc nimis erat ſtudioſus, quàm ut Principum Fœminarum nomina in nummis ſuis apponere vellet: coloniæ cùm eſſent magis remotæ, & Cæſarum ſtudioſæ, effigiem Juliæ & nomen ſimul appoſuerunt: teſtis nobis eſt colonia Romulenſis, mortuo quidem Auguſto; ſed Patrenſis illo vivente ejus imaginem exhibere tantùm auſa eſt, appoſito monetæ maximæ cudendæ permiſſu circa ambitum, quem forſan ejus interventu obtinuerat, ſeu per uxorem cariſſimam munifico Conditori gratulans.

Seguinus hunc nummum primus vulgavit, & diſertè haſce literas A. A. P. de Patrenſis coloniæ nominibus *Auguſtam*, *Aroem*, *Patrenſem*, à tribus conditoribus & reſtauratoribus Eumelo, Patreo, Auguſto interpretatus eſt, quem conſule. Patræ, urbs Achaiæ ab Auguſto anno U.C. 725. ut innuit Strabo, deducta eſt colonia, tranſmiſſis in eam Legionis XXII. Primigeniæ veteranis, ut il-

Edit. 2. pag. 115.

Lib. 8. pag. 387.

In Chron.

Digitized by Google

lius nomen & ſigna militaria in hujus coloniæ nummis frequens percuſſa penitus arguunt.

Quadrigæ in quibus vehitur Auguſtus, quinti ejus conſulatûs ſolemnem pompam deſignare videntur, dextra enim ſcipionem eburneum, inſigne conſulatus præfert, quem tunc cum Sexto Apuleio gerebat.

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

TIBERIUS.

I.

IMPERATOR V. inſcribitur in nummo Tiberius, quem titulum Dalmatis ferro & igne domitis recepit anno U. C. 761. ut Dio narrat: *Ita Dalmatia partim bello, partim pacificatione ad Romanos rediit.* Templum in averſa parte pulcherrimum, Concordiæ eſt; quod idem Scriptor Tiberium dedicaſſe refert 763. *Anno ſequenti Tiberius ædem Concordiæ ſacravit inſcripto ſuo & fratris Druſi vitâ perfuncti nominibus*, nempe Dolabella & Silano Coſſ. Sed nummus nos docet quando templum dedicavit, nondum Imperatoris titulum accepiſſe, quem hoc anno Germania vaſtata obtinuit. Concordia ſedet in aditu templi dextrâ pateram, ſiniſtra cornucopiæ ſolitum inſigne tenens: hinc Tiberii ſtantis, illinc Druſi fratris ſtatua, etſi malè ſculpta ab inciſore; at ut æterna eſſet hujus templi & eorum concordiæ apud poſteros memoria, percuſſus eſt maximus nummus his temporibus admodum rarus.

Lib. 55. pag. 570.

Id. pag. 586.

II.

Tiberius in hoc nummo laureâ inſignitur, utpote imperium, defuncto Auguſto, adeptus, cujus ſtatua radiato capite inſignis ſedet poſt apotheoſim, quemadmodum arguit inſcriptio DIVUS

AUGUSTUS à Turiaſonibus qui nummum cudêre, appoſita. Turiaſo, urbs eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis in Celtiberis ſita, municipium in nummis appellatur, quod ſuffragii jure donatum fuiſſe videtur: Si quidem à Plinio inter cives Romanos adſcribatur, beneficium aliquod ab Auguſto haud dubie accepit, cui tot nummos percuſſit, ut etiam ejus apotheoſim in iis conſignare voluerit, & ipſi ſtatuam tanquam Deo conſecrare. Fulmen dextrâ tenet Auguſtus, quaſi cœlum cum Jove regens, ut ait Manilius:

Lib. 3. Cap. 3.

Lib. 5. cap. 9.

. . . . Cælumque replevit
Quod regit Auguſtus ſocio per ſigna Tonante.

Turiaſones etiam ſe Tiberio plurimùm devotos teſtati ſunt, per diverſos in ejus honorem percuſſos nummos; quod videre eſt in noſtro Coloniarum libro.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

AGRIPPINA.

CAius Germanici & Aprippinæ ſenioris filius, ut imperium occupavit, in parentes Pius viſus eſt: in memoriam patris Septembrem menſem *Germanicum* appellavit, matri Circenſes, carpentumque, quo in pompa traduceretur, inſtituit; in cujus memoriam Senatus nummum primæ magnitudinis percuſſit, in quo illud à mulis trahitur, ſed cùm corona quercea, Caligulæ conceſſa tanquam Cives ſervaſſet & in illius nummis Senatûs juſſu ſignata, etiam in matre occurrat, nemo non videt id monetarii, qui ectypum alterius pro altero accepit, errore factum: ſed licèt illi typi minimè nummis in quibus reperiuntur, conveniant, ut pote hiſtoriæ monumentis alieni; porro apud nummorum Cultores pro raris habentur, & ideo Lectoris hic oculis ſubjicitur.

Sueton. in Caio. Num. 15.

I I.

Agrippina ſimulandi neſcia, cùm Tiberium aliquando ſermonibus ſuis laceſſeret: ut eam à ſe amoveret, apud Senatum accuſavit, & repetitis adverſùs nurum probris, tandem obtinuit ut in Pandateriam inſulam relegaretur, ubi non multò poſt occubuit: Caius ejus filius, mortuo Tiberio, cùm imperium obtinuiſſet, confeſtim in illam ad trans-

Tacit. Annal. 5.

Digitized by Google

ferendos matris cineres feſtinavit tempeſtate turbida, quò magis pietas emineret, ut inquit Suetonius: *Inferias fratri & Agrippinæ annua religione publicè inſtituit, & eò amplius matri Circenſes, carpentumque quo in pompa traduceretur*: Hujus memoriam in nummis conſignavit Senatus, ut norunt vel rei nummariæ tyrones, ſed maximos & eximiæ molis nummos Caius ſignaſſe videtur, quorum pauci ad noſtras pervenerunt manus: cùm illi qui Senatuſconſulto percuſſi ſunt, pro monetæ uſu eſſent, & qui Caligulæ juſſu ſignati fuerant, amicis tantùm diſtribuerentur.

In Caio. Num. 15.

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

NERO.

I.

EX gente Domitia Ænobarborum Nero Cn. Domitii & Agrippinæ filius in gentem Claudiam à Claudio Imperatore adoptatus eſt, & Octavia uxore ducta ad Imperium matris artibus pervenit, ejus vultum exhibet hic nummus maximorum molem ex toto non attingens, minoris quidem formæ eſt, ſed cùm ejuſdem craſſitudinis ſit, quâ ſignari ſolent, & ampliſſimum æreum circulum contineat, inter maximos reponi meretur. Ex anteriore parte Neronem lanugine ornatum & coronâ radiatâ inſignem exhibet: ex altera Securitatem dextra capiti appoſita ſedentem ante aram ignitam, ſiniſtrâ ſceptrum ſeu haſtam gerit; hæc autem Religionis cultum denotat, qua Principis ſecuritas procuratur.

II.

Hic eſt portûs Oſtienſis à Claudio extructi proſpectus, quem cùm condere inſtituiſſet, Architectos interrogavit, quanti ſumptus ejus operis eſſent futuri, tantos reſponderunt, quantos ipſe facere nollet, ſperantes impendii magnitudine audita, ipſum à propoſito deſtiturum: nihil deter- *Dio Lib. 60. p. 672.*


ritus rem in animum ſuum induxit, perfecitque magnanimitate ac potentia Romana dignam. Ejus figuram Suetonius & Dio graphicè deſcribunt. In Claudii nummis nulli ejus occurrunt typi, ſed omnes cum effigie Neronis, quod nos docet hunc principem illum abſolviſſe. Ad portûs introitum Neptuni ſeu Portumni ſimulacrum viſitur, in medio Claudii ſtatua paludamento ornata ſupra columnam tanquam Conditoris.

In Claudio. Num. 20.

Alterius Neronis pars averſa, huic nummo pro Neronis capite incuſa eſt, ita ut idem duos efficiat in uno: hic exhibet Cererem ſedentem cui adſtat Abundantia, ara inter eas media; illa facem ſolitum inſigne, hæc cornucopiæ perpetuum ſymbolum gerit: eas quidem ad deſignandam Neronis in annona procuranda diligentiam, ut innuere videtur Tacitus, *pretiumque frumenti minutum, uſque ad ternos nummos*. Ceres verò depingitur tanquam ſerendi frumenti inventrix, matrona verò Romana ſub Abundantiæ imagine tanquam urbis Genius frugum omnium copiam producens adſtat: unde pro inſcriptione nummi CERES ANNONA AUGUSTI.

Annal. 15.

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

DOMITIANUS.

NUMMIS Domitiani maximis, utpote raris deficientibus, illius Imperatoris imago in ſigno antiquo rariſſimo ſubſtituta eſt: illa velut parva Principis tabula in pixide ſemper ferenda ab aulicis excogitata videtur, ſed à ſculptore, magnitudine triplex neſcio cur, cælata eſt. Minervæ galeatæ caput, pectore tenus humero Domitiani ſiniſtro inſiſtit, tanquam Dea tutelaris aut mater in aurem ejus quidquid deberet agere, ſuggeret, Numæ regis exemplo qui ſe Ægeriæ nymphæ omnia ſe facere dictitabat. Nemo neſcit Domitianum veſanam Domini appellationem ſibi poſt Caligulam vindicaſſe; Suetonius ait, cùm dictaret epiſtolam ſic cœpit, DOMINUS ET DEUS NOSTER SIC FIERI JUBET. *Unde inſtitutum poſthac, ut ne ſcripto quidem ac ſermone cujuſquam appellaretur aliter.* Quod ſi quis facere detrectaſſet, tanquam magni criminis reus detrudebatur in carcerem, ut apparet ex his quæ Philoſtratus ſcribit, Tarenti præſidem ſacra facientem, quod publicis precibus non addidiſſet Domitianum Palladis filium eſſe, accuſatum fuiſſe. Sed cur Princeps ille Palladis filius dici voluerit, conjicit Baronius id ei à Joſepho ſcriptore Judæo ejus lateri inhærente ſuggeſtum, cùm autem Domitianum à veſana Dei appellatione avertere is non poſſet, ſaltem

In ejus vitâ Num. 8.

In Tyaneo.

In Domit.

Palladis, cùm eſſet virgo, filium ſe prædicaret, ſuaſiſſe: quandoquidem ex oraculis Prophetarum, virginis filium naſciturum, qui in perpetuum regnaturus eſſet, haberetur: ut autem Joſephus Imperium Veſpaſiano patri portenderat; ſane quidem Domitianus eandem ſpem concepit, ut quod Veſpaſianus fuerat conſequutus, ipſe acciperet. Conjecturam Baronius accipit, quod ut pater, ita & filius inquiri fecit, ſi qui reliqui eſſent ex familia David. Refert autem Euſebius nepotes *Eccleſ. Hiſt. lib. 3. c. 20.* Judæ illius qui ſecundùm carnem frater Chriſti vocabatur, à nonnullis ad Domitianum delatos, quod ex regia Davidis ſtirpe eſſent oriundi, ab ipſo de Chriſto & de regno illius interrogatos, cùm non hujus mundi nec terrarum imperium illud eſſe, ſed angelicum & cœleſte dicerent, vilitatem hominum aſpernatus, liberos abire juſſit. Minerva in Domitiani nummis frequens cælata eſt: huic Deæ templum erexit, cujus figuram & proſpectum nobis illi ſuppeditant. Suetonius *In ejus vitâ. Num. 4.* ſcribit Domitianum celebraſſe in Albano quotannis Quinquatria Minervæ, cui collegium inſtituerat. Legionem ab eo inſtitutam, de nomine *Lib. 55.* ejus Minerviam appellaſſe teſtatur Dio.

Digitized by Google

8



Digitized by Google



Digitized by Google

TRAJANUS.

A Nerva adoptatus eſt Trajanus, cùm in Germania principis legatus exercitui præeſſet; vir de omnium hominum genere meritiſſimus, primum Germanici victoriâ Pannonicâ relatâ nomen accepit, deinde devicto Rege Decebalo in Dacia, paceque cum eo initâ, in fine anni U.C. 854. Dacici appellationem Germanici titulo addidit, cùm Conſulatum IV. ageret: anno autem 956. quintum iniit, in quo cuſus eſt maximus hic nummus, ut denotat ejus epigraphe. Non abs re videtur ſi Trajanus in eo ſub Jovis effigie exhibeatur, cùm ille ut alter Jupiter, à Romanis Optimi cognomen meruerit. Plotina ei adſtat ſub Junonis imagine tanquam digna hujuſce Imperatoris conjux, de quâ Plinius junior. *Tibi uxor in decus & gloriam cedit. Quid enim illâ ſanctius.* *In Panegyr.* A dextris Marciana ſoror, ut altera Minerva tanquam prudentiæ præſes repræſentatur; hanc autem virtutem quantùm patefecerit, dum in aula cum Plotina cognata eſt morata, audias eundem Plinium. *Quo quidem admirabilius exiſtimandum eſt, quod mulieribus duabus in una domo, parique fortunâ, nullum certamen, nulla contentio eſt.* *Ibid.* Trajanus inter Plotinam conjugem & Marcianam ſororem depingitur, ut Jupiter inter Junonem uxorem, & Minervam filiam, ſub Concor-

diæ imagine : de illis Panegyriſta. *Suſcipiunt invicem, invicem cedunt, cùm te utraque effuſiſſimè diligat, nihil ſua putant intereſſe, utram tu magis ames.* En egregium concordiæ, Deorum inſtar, inter homines monimentum.

Perrari ſunt Trajani nummi ex ære maximo; unicum in eorum ſerie à nobis nuper vulgata deſcripſimus, cui addendus eſt inſignis ille & integer, ut ex ea diſcas quàm difficilè illa confici poſſit etiam à Principibus eorum collectio.

De Præſtant. Num. Ed. 2.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

HADRIANUS.

TRAJANO ſucceſſit Hadrianus ipſius conſanguineus, ab illo adoptatus, ut exiſtimari volebat; ſed potiùs auxilio Tatiani & Plotinæ, à qua amabatur ad Imperium pervenit: porro Senatus ei in Syria, ubi provinciam adminiſtrabat, confirmavit. Initio Trajani nomen ſibi aſſumere ſollicitus, imo ſe Nervæ nepotem aliquando inſcribebat, ut adoptionem omnino ſuaderet: ſed poſtea ſolâ Hadriani appellatione uſus eſt, nullâ Tribunitiâ poteſtate adhibitâ; ita ut difficile ſit, tempus quo ejus nummi percuſſi ſunt aſſignare: præſertim cum tertium tantùm Conſulatum inierit, & jam uno ante imperium functus eſſet, duobuſque aliis, ab initio ſubſequenter geſſerit.


In hoc Hadriani nummo maximo, ille nudo capite in anteriore parte cum ſolo Auguſti titulo exhibetur, in averſa verò parte Sabina conjux ſub Cybeles effigie in curru à quatuor Leonibus tracto repræſentatur, & quidem ſine inſcriptione, ut poſtea Fauſtina ſenior ſub eodem typo prodiit cum epigraphe MATRI DEUM SALUTARI, & ejus etiam filia Fauſtina junior cum appellatione MATRI MAGNÆ. Cybele autem, *Rhea* & *Ops* nuncupata, dextra ſpicas gerit ad fertilitatem & omnium rerum abundantiam quas *Terra* profert, deſignandam: tanquam Sabinæ ope, huma-

Digitized by Google


na vitæ alimenta P. Romano concederentur. Ejus Deæ attributa ejuſmodi exponunt Mythologi: tympanum, terræ orbem: turres in capite, oppida: ſpicas, humana alimenta: leones, nullum terræ genus, quod non ſubigi, colique poſſit.

Maximi Hadriani nummi partim notam S. C. præferunt, partim eam non habent, quod ærei omnes juſſu Senatûs cuderentur in urbe, at cùm maximi non monetæ loco exponerentur, Hadrianus eorum cudendorum poteſtatem ſibi primus arrogaſſe videtur: unde in ſequentibus Cæſaribus nulla ampliùs S. C. nota, ſi Trajanum Decium exceperis qui omnia quæ ſibi tribuerant Imperatores, Senatui reddidit.

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

II.

Hic Hadriani nummus S. C. notâ ornatus, primæ magnitudinis formam adæquat, ſed amplus ille circulus in quo incluſus eſt, ei inter maximos locum aſſignat, præſertim cùm is Princeps munificus plurimos ex hoc modulo à Senatu acceperit, & ipſe tandem percuſſerit. A Patribus is ſignatus videtur, ob cultum quo Hadrianus Minervam ſcientiarum & artium Deam proſequebatur, de illo autem narrat Spartianus. *Fuit enim poëmatum & litterarum omnium ſtudioſiſſimus.* In ejus vitâ. Et paulo poſt. *Cum profeſſoribus & philoſophis, libris vel carminibus invicem editis, ſæpe certavit.* Expeditiones ſub eo graves haud fuere, & bella ſilentio pene tranſacta; pacis autem tempore, artes & ſcientiæ magis vigent.

III.

Laodicenſes Phrygiæ ad Lycum fluvium ſiti, Lib. 5. cap. 29. ut Plinius & Commodi nummus cum hujus fluvii ſimulacro & nomine percuſſi nos edocent; hunc Hadriano dum forſan in eorum urbe moraretur percuſſere, nam is per totum Imperium Romanum peregrinatus eſt. Laodicæa à Seleuco Syriæ imperii fundatore de matris Laodices appellatione denominata eſt, Jovis quidem monitu per Apollinis oraculum, ut refert Stephanus. Ideo Jupiter pro ſupremo urbis numine ab illa habitus De urbib.

eſt, & in hoc nummo ſcalptus, quòd Hadrianus ſibi Jovis cognomentum adſciviſſet, nempe ΟΛΥΜΠΙΟΥ, poſt conſecratum Athenis ab eo templum ſub ejus nomine, cujus deſcriptionem videre eſt apud Pauſaniam. Hinc *Olympius* in nummis Epheſiorum appellatus eſt & in maximo à Laodicenſibus; ſed ut Jupiter in variis urbibus colebatur, diverſa etiam ab attributis nomina habuit, Laodicenſis ille, ΦΙΛΑΛΗΘΗΣ, id eſt *veritatis amicus*, eâdem ſemper formâ ſignatus in Auguſti nummis appellatur, ut ſequens in Smyrnæis Acræus indigitatur.

Attic. p. 31. & 32.
Cimel. Reg.
Ejuſd. Cimel.

III.

Smyrna urbs Ioniæ celebris nummum Hadriano percuſſit ſub Polemone, qui ita Imperatori gratus ut urbi ingentem pecuniæ vim ad opera publica, *& ut bis Neocori eſſent*, obtinuit. Is vocabatur Antonius, ut ex marmore Oxonienſi eruitur, ſophiſta fuit Laodicenus, quem Smyrnæi civitate donarunt: ideò memor plurima ipſis contulit, & illi videntur in nummo Hadriani Jovis ſtatuam ab eo donatam exhibuiſſe, uti epigraphe innuit ΠΟΛΕΜΩΝ ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ ΑΝΕΘΗΚΕ; *Polemon Smyrnæis poſuit*. Jupiter Smyrnæorum, dictus eſt Acræus, ut nos docet alter ejus urbis nummus cum epigraphe: ΖΕΥΣ ΑΚΡΑΙΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Ita appellatus, quòd arci præſideret, & extructum in eâ templum haberet in monte Coryphæo, id eſt vertice, ex Pauſania.

pag. 95. Philoſtr. de vit. Sophor. l. 1.
Lib. 1.



Digitized by Google



Digitized by Google

ANTINOUS.

I.

Antinous puer Bithynio, urbe Bithyniæ ortus, eximiæ pulchritudinis fuit, ab Hadriano Imperatore in deliciis habitus, quem in Ægypto mortuum muliebriter flevit; & ſolatii loco in heroum ſeu deorum numerum à Græcis referri juſſit: plurimi ſtatuas, aras & templa illi conſecravere: teſtis eſt Pauſanias, τὸ δὲ ἱερὸν κατεσκευάσαντο τοῦτο, *Antinoi etiam religio eſt divinis honoribus ſancita.* Marcellus quidam, ejus ſacerdos alicubi renunciatur. Lib. 8. pag. 409.

In nummis formoſus ille puer ſub plurimis juvenum deorum nempe, Apollinis, Mercurii, Bacchi & Luni imaginibus exhibetur, & ſub animalibus etiam iis numinibus dicatis prodit, ſub Tauro qui Apollini ſacer, ſub Ariete qui Mercurio, & ſub Panthera quæ Baccho. Calchedonii Antinoum ut Apollinem venerati ſunt, Symrnæi ut Mercurium, Tyani ut Bacchum, Ancyrani ut Lunum, Nicomedienſes ut Harpocratem. Bithyniæ commune templum ei ſuperbum conſecravit, ut & Philadelphenſes Lydiæ, Bithynium urbs, ejus patria eum appellavit Deum, & ita coluit. Cimel. Reg.

Smyrnæi verò inter alios Græciæ populos hunc

heroem ſub Apollinis, Mercurii, & Bacchi ſymbolis venerati ſunt, & plurimos ei dedicarunt cum Tauro, Ariete, & Panthera nummos, procurante Polemone: de quo in Hadriano verba fecimus, is autem huic Principi valde carus in hoc ſtudium peculiare poſuit, ut denotaret ſuum verſùs eum Imperatorem obſequium, ut videre eſt in Smyrnenſibus nummis. In hoc verò Taurus exhibetur ad indicandam ejus animalis ſtatuam, quam Apollini in Antinoi honorem dedicavit, ut fert ejus epigraphe ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ ΠΟΛΕΜΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ, *Smyrnæis Polemon poſuit.*

Plurimis Diis immolabatur Taurus: unde iis dictus eſt ſacer, primum Jovi, de quo Juvenalis:

Duc in Capitolia magnum
Cretatumque bovem.

Pariter Neptuno dicatus eſt, ut & Apollini, teſte Virgilio.

Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.


Sed Taurus in hoc nummo Apollinem reſpicit, quòd Antinous, cùm fuiſſet juvenis formâ conſpicuus, ut alter Apollo qui juvenis ſemper depingi ſolet, ſicut Bacchus & Mercurius, habebatur.

Digitized by Google

12



Digitized by Google



Digitized by Google

I I.

CUM Antinous è Bithynia eſſet oriundus, ejus provinciæ urbes Hadriani principis amaſii, nuper inter deos illius juſſu relati, honorem, nummos in quibus eſſet ejus effigies, ut cuderent, imprimis curabant: Tyani quorum urbs in Bithyniæ Paphlagoniæque erat confinio, maximum hunc ſignarunt, in eoque Antinoi ſtatuam, quam ſub Baccho venerabantur, poſuere: Bacchus enim, uti Antinous, juvenis depingitur, & perpetua huic deo juventus, ut Apollini adſcribitur, propterea ſemper imberbis à Poëtis fingitur. Ovidius. *Stephan. de urbib.*

Solis perpetua eſt Phœbo Bacchoque juventus.

Bacchus inequitat Pantheram, quòd ei ſacra ſit & vino gaudeat, ut innuit Oppianus: *De Venat. lib. 4.*

Pantheras etiam dona Bacchi capiunt.

Thyrſum pro ſymbolo & armis gerit, unde *Thyrſiger* apud Senecam dicitur: *In Medeâ.*

Candida Thyrſigeri proles generoſa Lyæi.


Thyrſus erat haſta aculeata hæderâ obtecta, quam in bigis Bacchæ quatiebant.

III.

Strab. lib. 12. CIus urbs Bithyniæ fuit à Cio Herculis ſocio dicta, quam Philippus Macedoniæ rex à ſe everſam Pruſiæ cognomine *Venatori* Bithyniæ principi dedit, qui illum in eâ capiendâ adjuverat: hæc poſtea ab eo reſtaurata, Pruſias ſeu Pruſa, de nomine ſuo dicta eſt: àt cùm plures eſſent ejus appellationis in Bithyniâ urbes, nempe à Pruſia patre, qui χωλὸς, id eſt *Claudus*, & à filio,
Bibliot. Phot. qui Κυνηγὸς dicebatur; nomen Cii priſtinum reſumpſit; & aliæ remanſerunt, una ſcilicet ad Hip-
Polyb. legat. pum fluvium dicta Pruſias, altera ad Olympum montem vocata Pruſa: ne quis autem Cium eandem eſſe cum Pruſiade ad Hippum putet, ex nummis enim rectè omnes diſtinguuntur: alii præferunt ΚΙΑΝΩΝ, alii ΠΡΟΥΣΙΕΩΝ ΠΡΟΣΥΠΙΩ, alii ΠΡΟΥΣΑΕΩΝ ad Pruſam Olympicam ſpectantes. Ciani Antinoum popularem ſuum inter Divos relatum venerantes, ſtatuam ei à ſe erectam in nummis percuſſerunt, Hadrianus autem Imperator Bithyniam tunc provinciam ſuam non feciſſe denotat Ἀνθυπάτου Proconſulis in nummo appellatio; ſub cujus permiſſu nummus eſt cuſus, quæ in provinciis populi, tum Prætoris, tum Conſularibus frequens erat, ut
Lib. 53. innuit Dio, & nummi ac marmora firmant: Hadrianus verò Pamphiliam Auguſtorum pro-
In excerpt. Conſtant. vinciam populo Romano pro Bithyniâ poſtea conceſſit.



Digitized by Google



Digitized by Google

T. ÆLIUS ANTONINUS.

I.

ANTONINUS ex Aurelia gente in Æliam adoptione Hadriani tranſiit, & in Imperio ei ſucceſſit, varii illi percuſſi ſunt nummi: in hoc Vulcanus & Minerva ſine epigraphe exhibentur. Vulcanus Junonis filius Lemni fabricæ præfuiſſe traditur, galeam cudit, ipſi adſtat Minerva in uxorem ab eo optata, quòd artes Vulcano ac Minervæ tribuerint antiqui: ipſas autem hoc ſymbolo reſtituiſſe Antoninum Pium docemur, illum etiam Imperatorem veteres Romanorum hiſtorias in maximis nummis renovatas expreſſiſſe perhibent. Dionyſius Halicarnaſſeus T. Tatium Sabinorum regem Romæ templum Vulcano voviſſe narrat, quod extra urbem conſtructum refert Plutarchus, in quo forſan hæ ſtatuæ erant poſitæ.

Hygin. 166. Phorn. de Vulcan. Lib. 2. In Romulo.

II.

Hæc eſt altera vetus hiſtoria ab Antonino Pio reſtituta, nempe ſacrificii Herculis ad aram maximam, ut ipſe apud Evandrum regem oſtendit qualiter ſe coli vellet, de quo Virgilius:

Gramineo viros locat ipſe ſedili.

Ad quem locum inquit Macrobius. *Non vacat* SEDILI, *nam propria obſervatio eſt in Herculis ſacris epulari ſedentes.* Ideò Hercules in nummo ſedet cum Pinario & Potitio ſuper graminis faſciculos, quod duos ipſe ad id ſelegerat, adſtant

Saturn. 3. Cap. 6.

alii miniſtri, vel forſan Pinarii filii, quibus ſacra commiſſa, teſte ipſo Virgilio.

Undique vites & vaſa vini plena & præſertim ingens ſuper aram maximam, ad ſacra ex vino fieri indicanda; nam idem Macrobius de Hercule ait. *Is heros bibax fuiſſe perhibetur.* Omnes nudo capite conſpiciuntur, quia adjicit ille. *Cuſtoditur in eodem loco ut omnes aperto capite ſacra faciant.*

III.

Nummus hic antiquum Cereris apud Romanos cultum indicat inſtitutum, ideò ab Antonino renovatur in maximis, exhibet Jovem & Cererem, ille tanquam Proſerpinæ pater ex Cerere quæ facem in Ætna accenſam ad filiam quærendam à Plutone raptam gerit, dextram hæc modio ſpicarum referto apponit tanquam terræ cultûs inventrix, de quâ Virgilius. *Lib. 5. Cap. 21.*

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Inſtituit.

Cereris autem ſacra Romulus à proximis Arcadibus adſcivit cum Herculis & Fauni cæremoniis ab Evandro inſtitutis: inde Cerealia tunc recepta, quod confirmare videtur argenteus conſularis nummus, in antica cujus parte Romuli caput cum voce QUIRINUS, & alterâ Ceres ipſa ſedens C. MEMMIUS ÆDILIS CEREALIA PRIMUS FECIT. In cujus deæ ludos inſtituit Ædilis Memmius.

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

I V.

Theſei cum Centauris pugnam in hoc nummo exaratam primùm exiſtimavi; ſed cùm illius herois hiſtoria nullomodo ad res Romanorum antiquas, vel ſacras ab Antonino Pio reſtitutas ſpectaret, illam Herculis apud eos culti eſſe dignovi. Mulier à Centauro rapta eſt Euriſthei ſoror, cui vim intulit Homadus Centaurus, capite dein ab Hercule plexus cùm eos aggreſſus eſſet: alios clavâ occidit. Adſunt picei trunci quibus utebantur in pugna Centauri, cujus deſcriptionem videas apud Diodorum Siculum; de quo heroe ait: *Dignum ipſius herois priſtina factorum gloria certamen.* Templum illud Herculis Victoris eſt Romæ extructum, ut arguit aquila in ejus frontiſpicio, imperii inſigne, quod repræſentari voluit Antoninus, quaſi Hercules ob id ſolùm factum, cultum & templum fuiſſet meritus. *Lib 4. pag. 154.*

V.

Idem templum in ſuperiore nummo exaratum rurſus prodit, quadratum eſt & in conum deſinit, illud Herculi Victori ad portam Geminam aſſignamus: alterum enim in foro boario, erat rotundum; illud extruxiſſe M. Octavium Herennium narrat Macrobius. Hercules coram eo ſa- *Saturn. 3 cap. 6.*

D

Digitized by Google

cra Romano more facit, vinum ex patera in ignem aræ impoſitum effundens: adſunt ſacrorum miniſtri, Popa, Victimarius, & alter cum bove pro victima, nam is Herculi immolabatur ex Livio. *Ibi tum primum bove eximia capta de grege ſacrum.* Quam hiſtoriam renovavit Antoninus Pius, ut Herculis cultum à Romulo jam ex Græcia receptum notaret; de quo idem Livius. *Hæc tum ſacra Romulus, una ex omnibus peregrina ſuſcepit.*

Dec. 1. lib. 1.

Ibid.

Digitized by Google

VI.

Latinis nummis ſuccedit Græcus, cujus epigraphe plurimorum Antiquariorum ingenia vexavit Specim. pag. 18. ΚΟΙΝΟΝ. Γ. Ι. ΠΟΛΕΩΝ. ΠΡΟΔΙ. ΟΝ. ΚΛ. ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ. ΑΣΙΑΡΧΟΥ. ΚΑΙ. ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ. Γ. Ι. ΠΟΛΕΩΝ. Quam ita interpretati ſumus & olim V. C. Morellio communicaveramus. Κοινὸν τρισκαίδεκα πόλεων, Προδίκου ὄντος Κλαυδίου Φρόντωνος Ἀσιάρχου καὶ Ἀρχιερέως τρισκαίδεκα πόλεων. *Commune tredecim urbium Curatore exiſtente Claudio Frontone Aſiarcha & Pontifice tredecim urbium.*


Plurimæ urbes in Aſia terræ motu disjectæ fuerunt ſub Tiberio: unde illi inſignis nummus S. C. percuſſus CIVITATIBUS ASIÆ RESTITUTIS, iterum tredecim aliæ ſub Antonino Pio, eodem modo afflictæ ſunt, quibus ſuccurrit Princeps, ut notat Capitolinus. *Terræ motus quo Rhodiorum & Aſiæ oppida conciderunt*, quæ omnia mirificè inſtauravit. Memor beneficiorum commune iſtarum urbium munifico Imperatori plurimos cudit nummos curante Claudio Frontone ad id creato, Aſiarcha, id eſt Aſiæ Sacerdotum principe, cùm jam eſſet urbis ſuæ Pontifex: nam ille ex urbium illarum ſacerdotibus eligebatur, qui curam habebat Concilii totius illius communitatis, & Ludorum, ſeu Feſtorum in iis agendorum.

In qua urbe percuſſus ſit nummus, ſi nobis conjicere licet, Sardibus fuit: ſi quidem Herculem exhibet Omphali Lydiæ Reginæ blandientem, qui ab ea alia multa acceperat munera, quod ad Sangarim fluvium ex Dyndimo monte (cui inſidet Hercules) ortum, multos regnum ejus vaſtantes interemiſſet. Hercules ſæpe in Sardianorum nummis cælatus eſt. Sardis erat urbs celeberrima, in cujus nummis etiam alii Aſiarchæ obſervantur, & ΚΟΙΝΟΝ ΑΣΙΑΣ ſignatum habetur.

Digitized by Google



Digitized by Google


DIVA·AVG. FAVSTINA·

GALERIA FAUSTINA.

I.

FAUSTINA ſenior Annii veri filia, uxor Antonini Pii, tertio ejus Imperii anno è vivis exceſſit, & inter divas Senatuſconſulto relata eſt. Sub Cereris autem effigie cultam docent ejus nummi, quæ viva in iis appellabatur CERES AUGUSTA. Hic ejus ſignum ſub cippo ſeu columnæ baſi poſitum in curru à duobus ſerpentibus tracto; utraque manu tædam gerens exhibet. Mulier illa velata nummi aream occupans videtur eſſe Daducha Cereris miniſtra ſeu ſacerdos, quæ facem dextra ex igne ſacro aræ impoſito accendit, altera jam in læva ardente, ad ſacra deæ agenda. De his Ovidius *Faſtor. 4.*

Illic accendit geminas pro lampade pinus;
Hinc Cereris ſacris, nunc quoq; tæda datur.

Unde inquit Lactantius: *idcirco ſacra ejus ardentium tædarum jactatione celebrantur.* Atque in ejus rei memoriam non modo Δᾳδοῦχος, ſed reliqui Myſtæ faces inter currendum agitabant, ut refert Statius. *Silvar. 4.*

Tuque Actæa Ceres, curſu cui ſemper anhelo
Votivam taciti quaſſamus lampada Myſtæ.

Quapropter ait Fulgentius. Unde & lampadum dies Cereri dedicatus eſt.

Quo ritu, quibusve ceremoniis Fæminæ Principes inter divas referebantur, commentarii Panvinii in ſecundum Faſtorum librum edocent, quibus addimus Imperatores ſuas uxores ex aliarum dearum cognomine illas appellare cœpiſſe, ut innuit Prudentius.

Lib. 1. contra Symmach.

Adjecere ſacrum, fieret quo Livia Juno.


Sabina Hadriani conjux in inſcriptione Græca apud Sponium appellatur etiam ΝΕΑ ΔΗΜΗΤΗΡ. Nova Ceres.

Miſcel. pag. 328.

Digitized by Google



Digitized by Google


M·ANTONINVS· AVG·TR·P·XXVII·
IMP·VII·COS·III
M·ANTONINVS· AVG·TR·P·XXVIII·
IMP·VI·COS·III
ADVENTVS·AVG
M·ANTONINVS·AVG·GERM·SARM·TR·P·XXX
IMP·VIII·COS·III·

M. AURELIUS ANTONINUS.

I.

EX Annia gente Marcus, in Aureliam ab Antonino Pio adoptatus Hadriani Imperatoris juſſu, Fauſtinam patris adoptivi filiam duxit uxorem, bella plurima geſſit, & in memoriam relatæ contra Quados victoriæ nummum hunc maximum ſignavit, memor gratiarum à Jove acceptarum, poſtquam Romani in bello milites in maximum ex ſiti & calore periculum veniſſent, mirabiliter ſanè ac divinitus conſervati ſunt: nam ut ait Dio, copioſo licèt imbre exorto à ſiti liberati, *gravia damna accepiſſent, urgentibus hoſtibus, quod in aqua ex parte bibendo erant occupati, niſi vehemens grando, compluraque fulmina in hoſtes incidiſſent.* Ideo triumphus ille Jovi dicatur qui fulmen ex quadrigis in Quadorum regem ſemiproſtratum vibrat; victoria ejus auxilio reportata. Marcus autem ex ea Imperatoris VII. titulum meruit, ut refert idem Dio. *Eoque facto à militibus* VII. *Imperator appellatus* ut demonſtrat nummus, cùm gereret ille COS. III. & TR. P. XXVII.

II.

Hic eſt ovationis M. Aurelii typus, qui bello

poſt octo annos contra plurimas Germaniæ nationes peracto in urbem victor rediit; hanc Dionyſius Halicarnaſſeus pedeſtrem vocat triumphum: nam is pedes graditur, nec trabeam, nec togam pictam indutus. Marcus ſacris ſuper aram coram templo Jovis Capitolini, quod pone eam viſitur, peractis, iter per arcum ſibi & L. Vero in VII. regione olim Senatuſconſulto erectum ob bellum Parthicum confectum, facit, ad Palatinum domicilium iturus: illum præcedunt Prętoriani, ut mos erat, & Victoria ſequitur ei coronam imponens. Tribunitia poteſtas XXVIII. cum titulo imperatoris VI. circa nummi ambitum, tempus quo decreta eſt ovatio, deſignat: in imo autem epigraphe ADVENTUS AUG. quando ipſa eſt acta, nempe poſt Imperatoris reditum.


III.

Marcus in urbem poſt plurimos annos redux, contuſis plurimis Germaniæ gentibus, & Provinciis Romanis per Caſſii rebellionem ſedatis, victoriæ ſignum globo impoſitum, tanquam toto terrarum orbe victoriis ſuis pacato, deæ Romæ ſpoliis hoſtium inſidenti porrigit. Tribunitia poteſtas XXX. tempus, quo Romam rediit, denotat: titulus vero Imperatoris VII. ei datus eſt poſt indicatam Avidii Caſſii rebellionem, ut innuit Dio. *Lib. 71. pag. 12.* *Dum Marcus ſe ad bellum civile comparat, multæ*

12



Digitized by Google



Digitized by Google

tæ ei victoriæ ex diverſis barbaris nationibus ac mors ipſius Caſſii nunciatur.

IV.

Hanc nummi M. Aurelii epigraphen jam vulgavit Triſtanus noſter. ΑΤΤΑΛΟΣ ΣΟΦΙΣΤΗΣ ΤΑΙΣ ΠΑΤΡΙΣΙ ΣΜΥΡ. ΛΑΟ. Ἄτταλος Σοφιστὴς ταῖς πατρίσι Σμύρνῃ, Λαοδικείᾳ. Attalus Sophiſta patriis ſuis Smyrnæ & Laodiceæ : ſed cum altero typo nempe Jove Laodicenſi, quem pro M. Aurelio accipit & Cybele tutelari Smyrnæorum dea: in noſtro vero duo Joves, idem Laodicenſis qui in Triſtani nummo, Philalethes, ideſt *amicus veritatis*, ab iis dictus, ſemper ſtans, & alter Smyrnæus, vocatus Acræus, ab arce urbis monti, nomine Corypheo impoſitus, ſemper ſedens, depictus. *Tom. 1. pag. 647.*

Attalus ille Sophiſta qui nummum percuſſit videtur filius fuiſſe Polemonis illius Sophiſtę Hadriano Principi multum cari : de quo in illius nummis diximus, qui tanti patris hæres, munificus etiam in urbem, ut parens videtur fuiſſe, cum primis Smyrnæ & Laodiceæ Magiſtratibus functus fuerit, quas ille patrias ſuas appellat : pater ejus Laodicenus quidem fuit & inter cives Smyrnenſes adſcriptus qui idem honos filio collatus eſt.

Jupiter quidem Laodicenſis ſtans aquilam dex-

Digitized by Google


dextrâ ſolito modo ſuſtinet, & haſtam ſiniſtrâ, iiſque ſymbolis ab aliis diſtinguitur: Jupiter vero Smyrnenſis ſedet, ſed cùm haſtam dextrâ ferre ſoleat, victoriam ſuſtinet & illam lævâ gerit: unde nobis conjecturæ locus nummum apud Smyrnenſes ſignatum eſſe in memoriam cujuſdam victoriæ à M. Aurelio relatæ, cujus ſignum Jupiter præfert, ob quam cauſam Attalus Principi gratulans, hoc obſequii ſui monimentum in nummo maximo teſtari voluit.

Digitized by Google



Digitized by Google

Pag. 35.



Digitized by Google

ANNIA FAUSTINA MARCI.

I.

FAuſtina Antonini Pii & Galeriæ Fauſtinæ filia M. Aurelio à patre adoptato nupſit, quam parum pudicam flevit, Marcus cùm mortua eſſet ad radices verſus Tauri montis dum in Syriam contra Caſſium proficiſceretur, petiit à Senatu ut ei honores, ædemque decerneret, & divam ab illo appellatam gratulatus eſt, ipſique nummos ejus rei teſtes ad æternitatem ejus denotandam percuſſit. Hic eam ſub Dianæ Luciferæ effigie exhibet Cervum inequitantem. Nulla in eo epigraphe, ſed in ſimili Regii theſauri legitur ÆTERNITAS AUGUSTA, quæ ejus conſecrationem indicare videtur: illa quidem ſub Dianæ Luciferæ imagine dum viveret, in nummis repræſentatur. Diana ſeu Fauſtina velo ornata divinitatem arguit, Cervo inſidet, qui deæ erat ſacer ex Apollodoro, *cerva Dianæ ſacra*, facem tenet ut Luna, cum eadem eſſet ac Diana.

Dio lib. 10. pag. 813.

Capitol. in Marco.

Lib. 2.

Digitized by Google

II.

Fauſtina ſub Proſerpinæ Servatricis nomine ΚΟΡΗ ΣΩΤΕΙΡΑ à Cyzicenis repræſentatur. Cyzicus erat Helleſponti urbs celeberrima, cujus præcipua & tutelaris dea habebatur Proſerpina, *In Mithrid.* ut narrat Appianus: *Fertur hanc urbem in dotem à Jove datam Proſerpinæ, quam Cyziceni venerantur præ omnibus numinibus.* In averſa nummi parte ſignata eſt Ceres Proſerpinæ mater in curru à duobus draconibus tracto, utraque manu faces gerens, cum raptam à Plutone filiam quęreret.

Cyziceni in nummo dicuntur Neocori, cùm hanc prærogativam à M. Aurelio obtinuiſſent, ut eorum nummi teſtantur, in quibus primò illi dicuntur, in cujus gratiam Imperatori & Fauſtinæ conjugi ſub Veneris nomine erexerunt, ut narrat alicubi Ariſtides. Cyziceni verò ſecundam Neocoriam ſub Caracalla tantùm obtinuerunt, ut in noſtro de nummis Græcis demonſtrabimus.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

L. AURELIUS VERUS.

I.

VErus Ælii Cæſaris ab Hadriano adoptati filius, in Aureliam gentem per M. Aurelii Antonini adoptionem ejuſdem Hadriani juſſu tranſiit: ſub Antonino Pio Cæſar, poſt ejus mortem, à M. Aurelio particeps Imperii factus eſt. Cùm autem decretum eſſet contra Vologæſum Parthorum regem bellum, à Marco in Syriam miſſus eſt, ait enim Dio, *Robuſtus & adoleſcens erat, ad rem militarem aptior.* Verus ut venit Antiochiam, comparato maximo militum numero, eos allocutus eſt in ſubſtructione legatis ſtipatus, cùm ageret tribunitiam poteſtatem I I I. ut indicat nummus, & ad Vologæſum ultra Euphratem ſubmovendum adhortatus cohortes; cujus rei memoriam M. Aurelius poſteris in ære magno conſignare voluit. *Lib. 71.*

I I.

Monumentum eſt triumphi Parthici ab utroque Imperatore M. Aurelio & L. Vero acti: licèt enim Verus ad bellum ſolus eſſet profectus, refert tamen Capitolinus, *petiit Lucius, ut ſecum Marcus triumpharet.* Viſitur etiam in quadrigis puer, cùm etiam poſtulaſſet Verus ut Marci filii, Cæſares ap- *In M. Aurel.* *Ibid.*


pellarentur, qui in curru poſiti ſunt, teſte eodem auctore. *In triumpho autem liberos Marci utriuſque ſexus ſecum vexerunt.* Eminet inter alia trophæum ad cujus imum duo captivi revincti ſunt, Armenus nempe & Parthus: unde iis devictis Lucio Armeniaci & Parthici cognomina, ut circa caput cujus inſcribuntur, impoſita ſunt. Verus in hoc bello quater appellatus eſt Imperator, cum quadriennio duraſſet, & antequam triumpharet conſulatum III. accepit, itaque in nummo inſcribitur. *Tribunitia poteſtate ſeptima, Imperator quartum, Conſul tertium.*

III.

In Romulo. JUpiter coloſſa figura ut deus exhibetur, M. Aurelii & L. Veri, peſte Romæ ſæviente, protector, ob id inquit Capitolinus, de Marco. *Celebravit & Romano ritu lectiſternia, per ſeptem dies, tanta peſtilentia fuit, ut vehiculis cadavera ſint exportata ſarraciſque.* Mos enim erat, ut placandæ Jovis iræ cauſa, convivium in templo ejus exhiberetur, diiſque tanquam epulaturis, aut cubituris lecti ſternerentur: unde lectiſternia dicta, huic verò epulo præerant Septemviri Epulonum ab iis appellati ex Sex. Pompeio. Epuli Jovis mentio fit à Livio multis in locis. Nummus exhibens Veri tribunitiam poteſtatem octavam, indicat eum fuiſſe percuſſum anno ſequente poſt actum triumphum, nempe V. C. 921.

Digitized by Google

Digitized by Google


L·VERVS·AVG·ARM·PARTH·MAX·TR·P·VIIII·
COS·III·
ΑΥΤ·ΚΑΙC·Λ·ΑΥΡΗ ΛΙΟC·ΟΥΗΡΟC·
ΑΔΡΙΑΝΗC·ΤΑΡCΟΥ·ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC·
ΟΜΟ ΛΙΟΝ·
CEBACTΩN

IV.

L. Verus deviĉtis Armeniis & Parthis ex Oriente redux in oĉtavæ tribunitia poteſtate, paludatus viĉtoriæ ſignum deæ Romæ thoraci inſidenti porrigit, eam ipſa Viĉtoria lauro coronat: Romanorum autem Principum uſus erat, bellum antequam aliquod ſuſciperent, diis ſacra facere, ut hoſtes profligare poſſent: unde Jovi nomen Victoris, quod ejus auxilio relata eſſet viĉtoria: ſic in nummis Galbæ, Veſpaſiani, & Titi, ROMA VICTRIX. L. Veri ævo Roma inter præcipua habebatur numina: Aſiani quidem primi ei templum erexere apud Tacitum. *Seque primos templum urbis Romæ ſtatuiſſe M. Porcio Conſule, magnis quidem jam populi Romani rebus, nondum tamen ad ſummum elatis, ſtante adhuc Punica urbe & validis per Aſiam regibus.* Annal. 4. Auguſti paſſim nummi templum Romæ & Auguſto decretum, ſed Antonini Pii ævo ROMÆ ÆTERNÆ ſumma magnificentia ab illo ereĉtum nos edocent, in quo forſan ſtatua hæc L. Veri viĉtoriam deæ porrigenti, in æternam viĉtoriarum ſuarum de Armenis & Parthis relatarum memoriam collocata eſt, cujus eĉtypum nummi nobis per omne ævum duraturi ſuppeditant.

Digitized by Google

V.

Tarſus Ciliciæ Metropolis, *Hadrianæ* nomen ab Hadriano Imperatore ob beneficia ſibi collata aſſumpſit : porrò Metropolis titulum jam ab Auguſto accepiſſe convincunt nummi, quem illa obtinuit cùm Auguſtus urbi Athenodorum præceptorem ſuum, poſt M. Antonii mortem præfeciſſet, ſicut innuit Strabo qui ſub Tiberio ſcribebat. De origine urbis & de Tarſi nomine diſceptant inter ſe Autores, de quibus vide Euſtathium : antiquiſſima eſt, in campo ſita, quam interſecat Cydnus amnis. Hæc imitata Romanos, qui nummos percuſſere cum epigraphe CONCORDIA AUGG. eundem typum expreſſit cum fratribus ſibi dextras jungentibus, & inſcriptione ΟΜΟΝΟΙΑ ΣΕΒΑΣΤΩΝ. Quæ maxima à populis optabatur inter duos Principes, quos primùm ſimul imperare cernebant; de iis refert Capitolinus. *Adepti Imperium, ita civiliter inter ſe ambo egerunt, ut lenitatem Pii nemo deſideraret.*

Lib.14. pag. 974.


Ad Dionyſ. pag. 868.

In M. Aurel.

LUCILLA

Digitized by Google

Digitized by Google


LVCILLAE·AVG·ANTONINI·AVG·F·
LVCILLAE·AVG·ANTONINI·AVG·F·

ANNIA LUCILLA.

I.

LUcilla M. Aurelii & Anniæ Fauſtinæ filia L. Vero in uxorem data eſt à patre, ſe Antonini filiam ideo in nummo inſcribit ante templum Veſtæ rotundum ſupra aram ſacra faciens tanquam prima Veſtalis, aliis nempe ſtipata. Auguſtæ autem ſub nomine VESTA ſæpè in nummis prodeunt, quod pudicitiæ notam præſertim ambirent: Veſtales autem pro pudicitiæ exemplo habebantur, & ne ulla eſſet de illis labis ſuſpicio, ut ait Gellius, *Minor quam annos ſex, major quam annos decem nata non accipiebatur*; at ſi quæ virginitatem polluerat, viva defodiebatur. Sex erant inſtitutæ ex Feſto, hîc Lucilla, pro majori habita, ſacra facit, veſtalia forſan die ad v. Id. Junii, ut notat Calendarium vetus. Templum extruxit rotundum Numa, teſte eodem Feſto; in aditu ſtatua Veſtæ conſpicitur, dextra pateram ad ſacrificia ipſi indicanda, ſiniſtra haſtam divinitatis gerit. Lucillæ, ſacrificii memoria, ad Veſtæ templum, ut res admodum ſolennis, in ære magno conſignata eſt.

Lib. 1. c. 12.

Plut. in Numa.

II.

LUſtratorum Lucillæ puerorum monimentum eſt hic nummus: ipſa ſub effigie Nundinæ deæ prodit, ita referente Macrobio, à nono naſcentium die nuncupatæ, qui luſtricus dies appellabatur; quo infantes luſtrabantur & nomen iis imponebatur. Lucilla manum lauro arbori apponit, ad indicandum ex illa ad hanc cæremoniam ramos colligi, quam ab Auguſto lectam aiunt, & de qua Juvenalis.

Saturn. 1. cap. 16.

.... *cuperent luſtrari ſi qua darentur*
.... *aut ſi foret humida laurus.*

Sacerdos vel miniſtra ex mari aquam luſtrationi neceſſariam in vas excipit, ei adſtat unus ex puerulis ſeminudus aſperſionem expectans, cùm alii qui nudi ſunt, jam luſtrati videantur: Ex iis tres alati cupidinis inſtar, ad fœminarum diſtinctionem: unus eorum ſtát ſuper aram, in qua poſt luſtrationem ſacra in gratiarum actionem peragebantur: ex ea alter decidit, quaſi ſtatim ab eo tempore mortuus: tertius in hortis Elyſiis, ante aſperſionem defunctus, aliis annunciat eos tandem ſecum venturos. In nummis Lucillæ Auguſtæ obviis cum epigraphe FECUNDITAS, tres illi tantùm pueri aſſignantur: cum duo è vita tunc deceſſiſſent, ut hic obſervatur.

Digitized by Google



Digitized by Google

L. ÆLIUS AURELIUS COMMODUS.

I.


COmmodus M. Aurelii & Fauſtinæ junioris filius, *Ælii* nomen in Hadriani memoriam à quo adoptatus erat Antoninus Pius ejus avus, cognomen vero *Commodi* Ceioniæ genti particulare, ob Ælium Cæſarem à quo Verus deſcendebat, ei datum eſt: omnium ante ſe Principum facilè nobiliſſimus, natus anno V. C. 914. ultima die Auguſti. Quinquennis Cæſar à patre dictus IV. Id. Octob. 919. Auguſtus à patre dicitur, & ab eo trib. poteſtatem accepit anno 928. labente Auguſto. Cum eo triumphat de Germanis x. Kal. Amazonias an. 929. Criſpinæ Brutii Præſentis filiæ patris juſſu nubit anno 930. in cujus memoriam cuſus eſt nummus ille maximus.

Sacra facit Commodus ob Criſpinæ matrimonium, & vota pro felici ejus ſucceſſu ſuſcipit; nam ille Lampridio teſte XIV. *ætatis anno in collegium ſacerdotum adſcitus eſt*. Publica dicuntur quia coram templo Jovis Capitolini fiunt adſtantibus quatuor ſacerdotibus ex omnibus nempe collegiis, & quatuor miniſtris, Camillo nempe, Tibicine, Popa, & Victimario. De hoc matrimonio inquit Dio. *Poſtquam res Scythicæ præſentiam Marci iterum poſtulare viſæ ſunt, Criſpinam cele-* *In Commodo.*

rius quàm vellet, ob hanc cauſam filio in matrimonium collocavit : ideo fœlix non fuit.

Commodus initio anni quo Conſul cum Plautio Quintillo renunciatus erat, matrimonium cum Criſpina contraxit,& in ejus gratiam Paterpatriæ nuncupatus eſt, jamque Imperator ſecundùm appellatus: primùm quidem ob res in Germania à patre feliciter geſtas; unde illi Sarmatici nomen à militibus inditum: ſecundùm verò in Germania, qua de cauſa cum patre triumphavit & Germanici nomen retulit.

Digitized by Google


CRISPINA·AVG·
IMP·COMMODVS·AVG·GERM·SARM·
VOTA·PVBLICA·
M·AVREL·COMMODVS·ANTONINVS·AVG·
TR·P·VIII·IMP·V·COS·IIII·P·P·

II.

Eadem prodit epigraphe VOTA PUBLICA, ob illa pro Commodi cum Criſpina matrimonio celebrata: de quo Capitolinus, *Filio ſuo Brutii præſentis filiam junxit, nuptiis celebratis exemplo privatorum.* In H. Anton. Capita utriuſque adverſa in parte nummi antica exhibentur, ipſi autem ſtantes in averſa dextras jungunt pro matrimonii teſtimonio; nam poſt conceſſum amborum receptum, mulier teſte Marone in viri conveniebat manum, In 4. Æneid. in fidem: dextras enim jungere vetus erat apud Perſas fidei ſymbolum; qua de re Livius, *dextrâ datâ fidem futuræ amicitiæ ſanxerunt.* Dea Concordia inter Commodum & Criſpinam media exhibetur, quæ concordiam conjugalem iis communicaret, ut ſententiis & voluntate convenirent, ſed infauſtum fuit eorum matrimonium: Commodus enim iratus uxorem adulterii cauſa, primo relegatam, poſt occidit.

Digitized by Google

III.

Victoria lauream Commodo ſtanti paludato porrigit, ob victoriam in Sarmatia per legatos relatam, de qua Dio. *Fuere Commodo etiam bella quædam cum barbaris, qui ultra Daciam incolunt, ex quibus Albinus & Niger qui poſtea bellum geſſerunt cum Severo Imperatore magnam gloriam conſequuti ſunt.* Ex illa victoria Commodus appellatus eſt Imperator V. ut arguit hic titulus in nummo conjunctus cum ejus tribunitia poteſtate VIII. & conſulatu IV. quem iniit cum M. Aufidio Victorino II. an. v. c. 936. Commodus autem cum æternas res geſtas ſuas reddere vellet, eas in ære maximo conſignari juſſit, cujus victoriæ teſtis eſt hic nummus.

Lib. 72. p. 820.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

IV.

Commodus velo ornatus, adſtantibus Camillo & Tibicine ſacra ſuper tripodem, ſedentibus à dextris Roma galeata, & annona à ſiniſtris, facere videtur duabus de cauſis, nempe ob victoriam relatam ſupra Germanos & Dacos imperium illius recuſantes, & ob annonam P. Romano procuratam, de qua Herodianus, *ſed & fames eodem tempore civitatem oppreſſerat.* Lib.
Ideo matrona cornucopiæ ad arguendam rerum omnium abundantiam tenet, dextrâ autem temonem, ut frumentum per mare advectum denotet. Roma galeâ inſignis in victoriæ ſignum, ejus ſimulacrum gerit, tanquam perpetuò Victrix. Percuſſus eſt nummus ſub Commodi trib. pot. VIII. inchoata nempe Auguſto menſe anni 935.

Roma ſpoliis inſidet galeata, dextrâ haſtam gerens, & ſiniſtrâ parazonium, eodemque cubito clypeo innixo, in quo ad originem Romæ indicandam, Lupa cum puerulis Romulo & Remo depingitur. Ante illam trophæum eſt de Dacia, de qua diximus in penultimo nummo, qui eodem anno, quo hic percuſſus eſt, nempe trib. pot. VIII. cùm eſſet Commodus Imp. V. & gereret coſſ. IV. Licet autem bellum per legatos Principis geſtum eſſet; ut ait Lampridius. *Quæ omnia iſta per duces geſta ſunt*, tamen quaſi Roma ſtaret Commodi Virtute, tranquilla, ſedens illa exhibetur, & trophæum VIRTUTI AUG. tribuitur. *In Commodo.*

VI.

In memoriam rebellis Britanniæ per Ulpium Marcellum Commodi legatum redactæ, ſignatus eſt nummus: eam exhibet patrio veſtitu ornatam, & rupibus inſidentem, ut denotet plurimos colles in ipſa reperiri, ut innuit Strabo. *Maxima inſula pars campeſtris eſt, & ſilvis obſita, multos etiam terreſtres habet colles.* Dextrâ Romanum militare ſignum tenet, ut ſe Romano Imperio ſubjectam denotet. Haſta quam lævâ gerit: clypeus quo brachio innititur, & galea in imo clypei, arma Britanni ſunt quibus utuntur. De victoria illa Britannica ita loquitur Dio. Igitur *Marcellus tali ingenio præditus, maximis damnis in Britannia barbaros affecit.* Percuſſus eſt nummus, cùm Princeps gereret trib. poteſtatem x. quam ſuſcepit Auguſto menſe anni V. C 937. unde Commodo in hujus victoriæ monimentum titulus Imperatoris VII.

Lib. 4. p. 199.

Lib. 72. p. 821.

VII.

Nulla decurrit triumphi à Commodo acti mentio in illius tribun. poteſtate x I. ergo quadrigæ illæ in quibus vehitur ad proceſſum conſulatus v. referendæ, quem cum Acilio Glabrione II.geſſiſſe refert Dio ad annum V. C.939. conſules autem die magiſtratus initi per urbem ſolenni pompa burem geſtantes in quadrigis procedebant, ut in Elagabalo refert Lampridius. *Denique Kalendas Januarii cum*

Ibid.

In ejus vita.

Digitized by Google

Digitized by Google


P·M·TR·P·X·IMP·VII·COS·IIII·P·P·
P·M·TR·P·XI·IMP·VII·COS·V·P·P·
FIDES·EXERCIT·
P·M·TR·P·XI·IMP·VII·COS·V·P·P·
VIRTVS·AVG·
P·M·TR·P·XII·IMP·VIII·COS·V·
TELLVS·STABIL·
L·AELIVS·AVRELIVS·COMMODVS·AVG·PIVS·FELIX·
HER·ROM·CONDITORI·P·M·TR·P·XVI
COS·VII·P·P·

cum ſimul tum deſignati eſſent conſules, noluit cùm conſobrino procedere. Ingenioſè docet Noriſius modum diſcernendi triumphi à conſulatûs proceſſu, profert autem Imperatorem quadrigis in triumpho vectum olivæ ramum, in proceſſu verò conſulatus, ſcipionem eburneum, conſulis ſymbolum gerere: in hoc autem nummo Commodus conſulare ſceptrum tenet ſiniſtrâ, dextram extendens.

VIII.

Ad decennalia Commodi ſuſcepta pertinet nummus: exhibetur Jupiter Capitolinus ſedens, ut ſupremus Romanorum deus, cui ſacra fuerunt peracta, & ipſius filii Caſtor & Pollux ei hinc & inde adſtant, quibus dicatos Circenſes ludos narrat Iſidorus de iis agens. *Itaque Caſtori & polluci deputantur hæ ludorum ſpecies, quibus à Mercurio equos diſtributos Hiſtoriæ docent.* Unuſquiſque eorum capiſtro equos retinet. Decennales autem ludi ab Auguſto inſtituti ſunt: ſolebat enim decimo anno conſtituto, in hoc ingenti ſpectaculo ludorumque apparatu Imperium populo reſignare, quod tamen illico, quaſi rogaretur, recipiebat: inde hinc factum eſt, ut poſteriores etiam Imperatores, quoties decimum Imperii annum attingerent, feſtum celebrarent, & ludos cum maximo apparatu ederent. Id omne confirmat

Digitized by Google

notata in Commodi nummo Tribunitia poteſtas X.

I X.

In ejus vita. Adlocutionis ille typus non Commodum ad bellum proficiſcentem indicat, Lampridius enim duas ejus tantum profectiones memorat, & illum tertiò de profectione meditantem, cùm Brutius præſens iterum conſulatum ageret anno v. c. 939. à ſenatu & populo retentum narrat in tribunitia pot. XI. ad bellum igitur non profectus eſt, & ille adlocutionis veluti typus, ad fidem exercitus ſibi præſtitam & militum cum illo concordiam denotare videtur, præſertim cùm aureus nummus ejuſdem typum repræſentet & epigraphem *Vaillant in num. aur.* CONCORDIA MILITUM. In bello Britannico objurgati fuerant quòd ſeditionem feciſſent, reverſos Romam eos adloquitur Commodus & ſacramento obligat, unde in his nummis, FIDES EXERCITUS ET CONCORDIA MILITUM in tribunitia poteſtate XI.

X.

Iterum prodit Roma ſpoliis inſidens, juſta quam trophæum, ut fere ſimilis typus eam exhibet in nummo Commodi quinto, cum epigraphe VIRTUS AUG. Ille percuſſus eſt in trib. poteſtate VIII. & de Dacia ſedata expoſuimus: hic notat

Digitized by Google

trib. poteſtatem XI. & de Pannonia pacata eum interpretamur, de quibus Lampridius: *Victi ſunt ſub eo tamen per legatos, Mauri, victi Daci, Pannoniæ quoque compoſitæ.* Pone Romam ſtat Victoria ſcribens in clypeo *Victoria Auguſti*, quòd ex hoc bello Commodus Imperatoris V. titulum ſit conſequutus. At cùm ad illud proficiſci voluiſſet, & à populo fuiſſet retentus, tanquam ejus virtute fuiſſe confectum, inſcribitur in nummo VIRTUS AUG. unde Roma ſpoliis hoſtium inſidet, ſiniſtra parazonio inſiſtente, tanquam armis ſuis perpetuò Victrix. *In ejus vita.*

XI.

Mulier ſeminuda decumbit ſub arbore dextra globo appoſita, ſiniſtra cornucopiæ gerens quatuor puellulis circa globum gradientibus ſigna cujuſque tempeſtatis ferentibus in hoc nummo, cum epigraphe TELLUS STABILITA: In ſimili altero Regii theſauri, TEMPORUM FELICITAS. Commodus hoc lemmate indicare voluit ruſticos toto terrarum orbe hoc anno pacato agriculturæ operam ſecurè dare poſſe; unde *Tellus ſtabilita* eſt, & *Temporum Felicitas* exorta, quod confirmat alter ejus Principis nummus PACI ÆTERNÆ cuſus. Puellæ quatuor illæ, quatuor anni tempeſtates deſignant, unaquæque fructum aut florem vel animal pro tempore gerit: globus cæleſtis ad influxum terræ neceſſarius volvitur *Mediob. pag. 250.*

G 2

Digitized by Google


Telluris aut Provindentiæ decumbentis nutu; ei manum ideo admovet, unde rerum omnium abundantia per cornucopiæ ſignum denotatur.

XII.

Commodus tanquam colonus agit boves, ſed velatus ut plurimis depingi ſolet colonus: Commodus verò Leonis exuviis amictus in hoc nummo exhibetur, Herculis inſtar, ideo ſiniſtra manu clavam gerit: nam ut ait Lampridius, *In ejus vita.* *Appellatus eſt etiam* ROMANUS HERCULES, rationemque addit, *quòd feras Lanuvii in amphitheatro occidiſſet*. Romam poſtea coloniam facere voluit, ut narrat idem auctor. *Ibid.* *Fuit præterea ea dementia, ut urbem Romam* COLONIAM ROMANAM COMMODIANAM *vocari voluerit*. Ideo in æternum rei monimentum percuſſus hic maximus nummus *Herculi Romano* Conditori, cùm illa conſulatum VII iniret cum Helvio Pertinace II. anno V. C. 945. & tribunitiam gereret poteſtatem XVII. ſed paulo poſt interfectus eſt.

Digitized by Google

Digitized by Google


M·COMMODVS·ANTONINVS · PIVS·FELIX·AVG·BRIT·
MINER·VICT·P·M·TR·P· XIIII·IMP·VIII·
COS·V·P·P·
APOL·PALATINO·P·M·TR·P·XV·IMP·VIII·
COS·VI·P·P·
L·AELIVS·AVRELIVS·COMMODVS·AVG·PIVS·FELIX·
HERCVLI·ROMANO·AVG·P·M·TR·P·XVIII·COS·VII·P·P·

XIII.

Bellum aliquod per duces Commodus in trib. poteſtate XIV. Minervæ ope confeciſſe videtur; unde ipſi tanquam *Victrici* nummos dedicavit. Cicero illam Principem & belli inventricem appellat; ipſa etiam apud Phornutum vincenti victoriam tribuere dicitur, dextra autem ſignum victoriæ gerit, & trophæum pone eam erectum eſt, de quo idem auctor. *Erigunt in ejus honorem trophæa, quæ conſtant ex lignis oleaginis.* Ideo Minerva in altero Commodi nummo *Pacifera* nuncupatur, tanquam ex victoriis naſcatur Pax. Apud Romanos Minervæ Victricis mentio tantum in nummis, ſed eo nomine apud Græcos illam memorat fuiſſe cultam Athenis Pauſanias. *Alterum eſt delubrum Minervæ, cui Victoriæ cognomentum.*

De nat. Deor. lib. 3.
De Minerva.

XIV.

Apollo prius Actiacus ab urbe Actio, ubi Auguſtus M. Antonium profligavit, dictus eſt: deinde Palatinus à monte Palatino, in quo ille qui ejus filius exiſtimari volebat, ipſi templum extruxit. Commodus autem ſub ejus effigie perhibetur, non ut lyram pulſet Neronis inſtar, ſed ut videatur illius inſtar Medicinæ Deus qui peſtem hoc anno ſævientem extinxerit, de qua Dio. *Per idem tempus tanta peſtilentia fuit, quantam nuſquam fuiſſe cognovi, nam una die moriebantur Ro-*

Lib. 7.

mæ ſæpenumero ad duo millia hominum. Ideo Apollinares Ludi Roma editi ſunt, ad eam expellendam: hi quidem ludi, victoriæ, non valetudinis cauſa erant inſtituti, ut ex Livio diſcere eſt, illi die incerta fiebant & in annum à Prætore vovebantur: at cùm peſtilentia gravis incidiſſet in urbem agroſque, P. Licinius Varus Prætor Urbanus, legem ferre ad populum juſſus, ut hi ludi in perpetuum in ſtatam diem voverentur.

Lib. 15. & 16.

XV.

Commodus leonis exuviis amictus exhibetur ſub Herculis Romani effigie, ita enim vocari voluit, uti innuit Lampridius. *Appellatus eſt Commodus etiam* ROMANUS HERCULES. In averſa parte videtur eſſe ſtatua illi dicata ſub ejus Dei imagine, ſicut narrat idem Scriptor: *Accepit ſtatuas in Herculis habitu.* Stat obverſo corpore, pallio divinitatis tectus, ex humero dextra ad pedes labente, quod manu in lævam partem tranſmittit. Hæc autem ſtatua in hunc modum poſita, videtur à ſculptore ad demonſtrandam ſuam in arte peritiam: ante ſtatuam Leo, quod Herculi ſit ſacer, ut refert Hyginus, *Herculis prima fuerit hæc certatio, & quod eum inermis interfecit.* Commodus etiam Leonem occiderat, ut indicat ejus nummus, in quo eques telo Leonem transfigit cum epigraphe VIRTUS AUG. ſic Leo illi, ut Herculi convenit.


In ejus vita.

Ibid.

Lib. Fabul.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

XVI.

Plurimæ etiam Græciæ urbes nummos Commodo cuderunt, inter eas Thyatira Lydiæ civitas, ſeu ad obſequium arguendum, vel ob aliquod ab Imperatore acceptum beneficium; nomen quidem magiſtratus ſub quo ſignatus eſt, temporis injuria eraſum occurrit; ſed liceat nobis ex altero ejuſdem Principis in eadem urbe percuſſo cum Pallade tutelari Thyatirenorum numine, illius epigraphem reſtituere. ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΤΙΤΟΥ. ΑΥΡ. ΒΑΡΒΑΡΟΥ ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ, *ſub Prætore Tito Aurelio Barbaro Thyatirenorum.* Pallas, ut ex plurimis hujus urbis nummis eruitur, inter deas ab illis præcipuè colebatur, & inter deos Æſculapius, cujus in hac urbe templum fuiſſe ſcribit Hieronymus. *Thyatira civitas Lydiæ, quæ eſt Provincia Aſiæ, templo quondam Æſculapii famoſa.* Thyatira civitas antiquiſſima ab una ex Amazonibus condita nomine Pelopea, vel Euhippa, id eſt equitandi perita; deinde à Seleuco Nicatore adverſus Lyſimachum bellum gerente, cum audiiſſet filiam ſibi natam, Θυγατέρα, id eſt filiam, fuiſſe appellatam tradit Stephanus.

XVII.


Quædam urbes quòd eſſent ab eodem fundatore conditæ, ſorores ſe aliquando appellavere, concordiaque inter ſe firmata mutuò ſibi favebant, ut de Apamea & Laodicea Syriæ tradit Euſtathius: earum exemplo aliæ fœdus inter ſe iniverunt, cujus memoriam in nummis conſignarunt, notata in iis ſocietate ſua per ſolenne illud vocabulum OMONOIA. Ex Commodi nummis Laodiceam & Epheſum ita fæderatas exhibet, unaquæque tutelare numen exhibet, Laodicea quidem Jovem, dextra aquilam ſuſtinentem, ſiniſtra divinitatis haſtam, quem alter hujus urbis nummus Φιλαλήθην, id eſt, *veritatis amicum* appellari nos edocet: Epheſus verò Dianam Polymammam toto terrarum orbe decantatam repræſentat. Aquila Jovis perpetuum eſt inſigne: cervi, Dianæ ſunt ſacri.

In Dion. Perig.

Obſervandum videtur quando ita urbes duæ occurrunt fœderatæ, unaquæque ſeorſim in urbe ſua nummos percutere, & ſe primam in iis nominare: unde hunc Laodiceæ ſignatum exiſtimamus, ut L. Veri alterum: Epheſi, in quo Epheſus ſe primum nuncupat ΕΦΕΣΙΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Diana Epheſia & Jupiter Philalethes, primumque locum occupat Diana. Addam Laodiceæ cum Epheſo concordiam non ſub M. Aurelio forſan initam fuiſſe, quam ad tempora uſque Philippi Imperatoris adhuc durare animadverto. P. HELVIUS

Digitized by Google

Digitized by Google


ΑΥΤ ΚΑΙC.
Π·ЄΛΥ·ΠЄΡΤ.
Α
ΝΙΩΝ

P. HELVIUS PERTINAX.

I.

ANtoninorum nomine per cædem Commodi extincto, Helvius pertinax ad Imperium à conjuratis evectus eſt, invitus quidem, & licet à Senatu confirmatus, uxori tamen Auguſtæ titulum haud conceſſit, nec filio Cæſaris dignitatem: non ex illuſtri quidem gente Romana natus, ſed belli meritis ad conſulatum pervenerat: ideò electionis ejus cùm fama latiùs evagaretur, inquit Herodianus, *Legatione undique confluebant, gratulatum populo Romano quod Pertinacis imperio gubernarentur.* Modeſtus erat & manſuetus, maximamque in bellicis negotiis gloriam fuerat adeptus: & ſic magnum apud gentes illius nomen; nihil igitur mirum, ſi Græci intra tres menſes quos imperarit, nummos optimo Principi cuderint: Tomitæ Ponti etiamſi longe remoti, illi ex ære medio præſertim ſignarunt, unus in Theſauro Regio à me Genuæ repertus aſſervatur, alter Romæ in Gaza Chriſtinæ Reginæ; ſed hic maximus eſt & pretii longe majoris: duos quidem ejus molis Latinos tractavimus, Græcum hactenus nullum Antiquarii inſpexerunt, quid tum? novi è terræ viſceribus quotidie in eorum oblectationem eruuntur, utinam integri,

H

Digitized by Google

nam proh dolor! aliquando eroſi, cùm ærei ſint. In hoc perraro templi tetraſtyli proſpectus, & Dianæ ad inſtar Epheſiæ ſignum, optimè cernuntur: populorum verò apud quos percuſſus eſt, nomini litteræ deeſſe videntur, ſi tantum I. ad Ænios Thraciæ pertinet, nec longè diſtat Tomos Ponti ab Æno, prior Mileſiorum, altera Cumæorum colonia eſt. Plurimi occurrunt nummi cum epigraphe ΑΙΝΙΩΝ, ſed cum capite ſemper cujuſdam numinis, nullum cum Imperatoris effigie in Thracia ex ære magno vel maximo óbſervavimus: ſi plurimæ litteræ, inſolens eſt nummi epigraphe, de qua videant Eruditi.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

L. SEPTIMIUS SEVERUS.

I.

SEverus deviĉtis Peſcennio & Albino ſolus imperavit. Tarſus quæ Peſcennio primùm adhæſerat, mox Severi partes amplexa eſt: unde ab illo plurima accepit beneficia, & cùm Metropolis dignitate gauderet, provinciæ prima ab eo facta eſt, ut indicant hæ literæ, quæ in Severi nummis poni cœperunt A. M. K. πρώτη Μεγάλης Κιλίκιας. *Prima magnæ Ciliciæ*, & deinceps in cæteris principibus, cujus rei memor Tarſus Severianam ſe appellavit. Æmula ejus Anazarbus poſtquam Metropolis parvæ dignitatem ab Alex. Severo accepiſſet, primatus etiam titulum à Valeriano obtinuit: urbes enim inter ſe de primatu contendebant, & ab Imperatoribus illum per diplomata obtinebant, ut Epheſus, Smyrna, & Pergamus quæ ſe eodem tempore primas Aſiæ nuncupant. Plurimi eas literas interprætati ſunt, *Prima Metropolis Ciliciæ*, ſed Metropolis vox jam arata eſt in nummo, & licet Cilicia apud Scriptores dividatur in aſperam & campeſtrem, nummi nos docent Ciliciam in magnam & minorem fuiſſe diſtinĉtam, ut Armeniam & Phrygiam in μεγάλην & μικρὰν apud Strabonem. Arcadius duas tandem fecit provincias.

Digitized by Google

II.

Smyrna Ioniæ urbs celeberrima nummos etiam Severo cudit ſub Prætore Claudio Rufino Sophiſta, præclaram cujus στρατηγίας mentionem ſuppeditat reſcriptum Severi & Caracallæ filii ad Smyrnæos. Sophiſtæ autem & ſapientiæ profeſſores ad Præturæ munus, ut alii cives, pervenire poterant: Athenæus Romanos ex urbe ſua eos ejeciſſe & poſtea recepiſſe narrat. Cybele in nummo ſignata eſt, ut præcipua urbis dea, cujus templi meminit Strabo. *Hodie omnium urbs eſt pulcherrima, pars ejus in monte, major in planitie ad portum, &* MAGNÆ MATRIS *templum & Gymnaſium.*

In append. ad Marm. Oxon.

Lib. 53. *p.* 610.

Lib. 14. *p.* 646.

III.


Epheſus Ioniæ urbs præcipua Severo etiam nummos conſecrat ob victorias ab eo relatas, ut indicat typus, Epheſii in eo ſe bis Neocoros inſcribunt, primam vero Neocoriam à Nerone eos accepiſſe teſtatur illius Principis nummus, & ſecundam ab Hadriano alter hujus Imperatoris arguit, nec quis exiſtimet eos à Severo bis Neocoros fuiſſe factos: urbes enim factæ Neocoræ, eos titulos ſemper in nummis ſervabant, & ſi quas ampliùs obtinuiſſent, in iis tum apponebant, ut ipſa Epheſus quæ ſub Caracalla tertiam obtinuit Neocoriam, ſe deinde ter Neocoram inſcripſit, imò ſe quater Neocoram ſub Elagabalo gloriatur, non quòd illa, ut quidam putarunt ab hoc Principe acceperit, quater facta fuerit Neocora: nam poſtea ſub aliis Principibus, in plurimis nummis, ſe ter Neocoram tantum appellat: quod intelligendum eſt de ter facta Neocora Imperatorum: cùm jam eſſet Neocora Dianæ templi, ut fert inſignis nummus ΕΦΕΣΙΩΝ ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ. Alter habet ΕΦΕΣΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ, quæ dignitas *Neocora* Imperatorum pro ludis & ſacris faciendis inſtituta eſt.

IV.

Iterum prodit nummus Tarſi in honorem Severi, nempe ob ejus in Parthos profectionem, percuſſus. Ipſe eques in barbarum humi proſtratum, quem jaculo impetit, decurrens pingitur: occiſo in Gallia Albino & rebus Romæ omnibus conſtitutis, ad bellum Parthicum converſus eſt, ut narrat Spartianus. *Profectus dehinc ad bellum Parthicum eſt.* Ejus profectionis in Parthos ex omni metallo in moneta Romana typi occurrunt. Tarſenſes tanto erga hunc Principem beneficio aſtricti, qui iis, ut diximus, provinciæ primatum conceſſerat, etiam illius monumentum in nummis ſuis ſignare voluerunt: ipſi victoriam de hoſtibus hoc augurio auſpicantes.

In ejus vita.

Digitized by Google


ΙΟΥΛΙΑ CΕΒΑCΤΗ
ΜΙΛΑΕΩΝ
ΙΟΥΛΙΑ·ΔΟΜΝΑ CΕΒΑCΤΗ.
ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC·ΚΑΙCΑΡΙΑC.
ΝΕΩΚΟΡΟΥ

JULIA DOMNA.

I.

JULIA natione Syra ex Emeſa urbe, Severo nupſit antequam ad Imperium perveniſſet, ipſi Caracallam & Getam filios progenuit, quos pater tandem ad Imperium teſtamento vocavit. Illis omnibus ſuperſtes fuit Julia, tantæ Principi fœminæ Midæi Phrygiæ populi, cujus urbs Midæum à Mida Rege nomen accepit, nummos percuſſerunt, cùm illa Caracallæ comes poſt Severi mortem, Aſiam peragraret: hi proculdubio aliquod ab ejus filio beneficium acceperunt, cùm huic Principi nummos tantùm & plurimos quidem dicarint. Hercules in averſa ejus parte ſui cultum in urbe indicat; puer quem ſiniſtrâ ſuſtinet, Hylas eſt Theodamantis filius, ab eo *Hygin. Fab. 271.* raptus, & unicè dilectus. Canis ad hiſtoriam pertinere videtur; an Hylæ cuſtos datus, qui ad Herculem rediit, cùm Hylas in fluvium cecidiſſet, in quo miſerè ſubmerſus eſt? an canis ille Theodamantis, Herculem ſequutus ſit cum Hylam abduxit & ideo comes?

Digitized by Google

II.


Maſaca urbs Cappadociæ primaria ab Ariarathe Rege, cui cognomen fuit Euſebes, dicta eſt Euſebeia; denique ultimo ejus Principe mortuo Archelao, cùm Cappadocia eſſet in provinciam à Tiberio redacta, in ejus honorem vocata

Suidas. eſt Cæſarea; ipſaque ab Antonino Pio metropolis facta eſt, ut ex illius Imperatoris nummis eruimus, in quibus occurrit ΚΑΙϹΑΡΕΩΝ Τ. ΠΡ.

Cimel.Reg. ΑΡΓΑΙΩ. Καισαρέων τῶν πρὸς Αργαίῳ. *Cæſarienſium qui ſunt ad Argæum*, & poſtea. ΚΑΙΣΑΡ. ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΕΤ.Ζ. Καισαρεία Μητρόπολις anno 7. ſcilicet regni Antonini Pii. Nec ullos reperies hac dignitate inſignitos in Cæſarum nummis qui eum Principem præceſſerunt. Pariter ex illis Sept. Severum novimus Cæſarienſes Cappadociæ Neocoros feciſſe, ut in noſtro Præſtantiorum numiſmatum

Tom. 1. pag. 242. denuò edito vulgavimus: quapropter illi beneficii memores Juliæ Severi uxori nummos dedicant. Mulier turrita rupibus inſidens, Genius eſt urbis qui ſitum illius indicat, nempe ſub Argæo monte, uti narrat Strabo Κεῖται γὰρ ὑπὸ τῷ Αργαίῳ. *Sita enim eſt ſub Argæo monte*: meta ante & altera poſt Genium, cum duabus tædis hinc & inde, Cerealia Græcis Ελευσίνια & in circo noctu peracta indicant; unde circi metæ, & lampades, quòd ſacra à matronis luctus cauſa Cereris filiam cum facibus quæritantis celebrarentur. Genius quod teneat, non diſcernere potuimus? an ludorum præmium?

Digitized by Google



Digitized by Google

M. AUR. ANTONINUS CARACALLA.

I.

CAracalla dicitur in hoc maximi moduli nummo Imperator II. conſul VIII. cum tribunitia poteſtate XVI. quam iniit initio anni U. C. *966*, cùm ad Kal. Jan. conſulatum IV. cum D. Cælio Balbino II. ſuſcepiſſet, in cujus memoriam, conſulatus proceſſum in quadrigis agit: nec quis eas ad triumphum ejus revocet, cùm nullum egerit in hac tribunitia poteſtate. Hoc anno in Germaniam profectus de hoſtibus victoriam retulit; unde Germanici nomen relicto Britannico quòd gerit in nummo, aſſumpſit; ſed non triumphavit, cùm Romam non ampliùs redierit & in Syria fuerit interfectus.

II.

Nummus ludorum Pythiorum memoriam exhibet per commune Thracum, in urbe Philippopoli regionis illius primaria celebratorum: hæc in gratiam Alexandri M. urbis conditoris, Philippi filii, inſtituta videntur, & in honorem Caracallæ qui alter Alexander haberi volebat, renovata, dum Macedoniam & Thraciam luſ-

In ejus vita

traret : de quo Herodianus : ***Sed ubi milites apud Danubium ordinavit, atque in Thraciam contermi-nam diſceſſit, continuo Alexander alter evaſit. Nam & memoriam Regis omnibus modis renovavit.*** Pythia quidem certamina in Apollinis hono-

Corinth. pag. 14.

rem Diomedem primum omnium inſtituiſſe nar-rat Pauſanias. Hercules verò tanquam Deus Phi-lippopolis urbis tutelaris, ut indicant M. Aurelii, Severi, & aliorum Cæſarum nummi, cui ſacra ante ludorum celebrationem fiebant.

III.

Epigraphe nummi præfert ΕΠΙ C.Τ. Μ. ΚΑΙΡΕΑ ΑΤΤΑΛΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ. ΝΕΟΚΩΡΩΝ. *Sub Prætore Marco Cærea Attali F. Pergameno-rum primorum ter Neocororum.* Pergameni pluri-mos cudere Caracallæ nummos ob felicem ejus

In ejus vita.

in urbem ſuam adventum, de quo Herodianus: ***Pergamum adiit Aſiæ civitatem ut Æſculapii cura-tionibus uteretur.*** Ideo eques ad Æſculapii ſignum quod ante eum poſitum eſt, proficiſcens exhibe-tur. Pone eum Pergamenus ad eum manus ten-dens elevat, aliquid eum precatus, quod Prin-ceps dextrâ ſurſum erectâ illi concedere videtur, forſan Aſiæ primatum quem Epheſus ſola ante Pergamum & Smyrnam, habuit; nam in Cara-callæ nummis Pergamus ſe tantum πρώτην nomi-nare cœpit. Nam & ab ipſo tertiam Neocoriam

Digitized by Google

obtinuit, cùm primam ſubHadriano, & ſecundam ſub M. Aurelio accepiſſet, ut nummi nos docent. Cæreas Attali F. nomen eſt Prætoris.

IV.

Nummus hanc præfert epigraphem. E. ΣΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΓΕΜΙΝΟΥ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, ſub Prætore M. Aurelio Gemino Smyrnæorum Pergamenorum concordia. Smyrna & Pergamus fœdere inter ſe junctæ illum Caracallæ percuſſerunt: communia ideo adſunt eorum numina, Smyrnæorum nempe Nemeſes, Pergamenorum verò Æſculapius; de illis loquitur Pauſanias. *Facile itaque ſe deduci Smyrnæi paſſi ſunt: ac Nemeſes quidem plures, non unam tantùm venerantur.* Plutarchus Pergami templum memorat. *Fimbria in templo Æſculapii Pergami trajecit ſe gladio.* In Sylla. Illud inter has urbes fœdus initum jam ſub Severo fuiſſe nummi ejus nos edocent, ſed etiam ſub Antonino Pio, imò ſub Domitiano ſimul cum Epheſiis aliud habuiſſe eorum Principum numiſmata declarant.

V.

Iterum prodit Pergamenorum nummus ſub M. Cærea Attali F. urbis Prætore cuſus, tria templa exhibet, duo à latere, tertium intermedium in quo ſedet Jupiter d. Victoriam ſ. haſtam, cognominatus Φίλιος, ut nos docet ſimilis in Trajano typus. Jupiter ita appellatur apud Suidam, *qui amicitiæ præeſt, & ejus jura ſpectat ac tuetur, & eos punit qui violant amicitiæ jura.* Eorum alterum Auguſti eſt, de quo Tacitus: *Pergamenos eo ipſo nitebantur, æde Auguſti ibi ſita ſatis adeptos creditum.* Tertium Trajani eſſe videtur, ut ejus nummus à Pergamenis cuſus cum ſimili templo, in quo ſtans viſitur cum epigraphe. ΘΕΩ ΣΩΤΗΡΙ ΚΑΙ ΤΩ ΘΕΩ ΣΕΒΑΣΤΩ. *Deo ſervatori & deo Auguſto.*

Annal. 4.

VI.

Smyrnæi ſe primos & ter Neocoros Auguſtorum nominant, quas prærogativas, ut Pergameni ab eodem Caracalla accepiſſe verum eſt, nam ſub eo ſe primos vocare cœperunt, & ab eo tertiam Neocoriam obtinuerunt; cùm primam à Veſpaſiano, ut docent ejus nummi, ſecundam ab Hadriano per Polemonem ex marmore Oxonienſi accepiſſent. Tria hæc non exhibentur ob

Digitized by Google



Digitized by Google

tres eorum, ut quidam putant Neocorias, cùm illi Neocori Auguſtorum dicantur, & primum templum habeat in aditu mulierem, quæ Roma eſt, deque illius templo audias Tacitum, *ſeque primos templum urbis Romæ ſtatuiſſe M. Porcio Conſule*. Medium, Jovem Aræum ſedentem, de quo dictum eſt in Hadriano. Tertium Tiberii eſt paludati, de quo idem Tacitus: *Ita rogati ſententiam Patres, Smyrnæos prætulere* in extruendo ſcilicet illi Principi templo. *Annal. 4.* *Ibid.*

VII. & VIII.

Duo prodeunt percuſſi Caracallæ à Perinthiis nummi, L. Septimius quòd Severus ejus pater expugnata Byzantio Peſcennii partium acerrima fautrice, illius urbem & regionem ipſi ſubjecerat, ut narrat Dio. *Civitati abſtulit libertatem, eamque privavit dignitate principali, fecitque tributariam, bonis civium publicatis, urbem regionemque omnem Perinthiis conceſſit*. Hæc duo templa erexerunt, unum Severo, alterum Caracallæ & Getæ filiis, & ut eſſent Neocori, obtinuerunt: unde duo certamina Actia nempe & Pythia celebrarunt, dicta in aliis nummis ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ, Fratrum concordiæ dicata. Actia certamina erant quinquennalia: Pythia, novennalia: ambo in Apollinis honorem, illa Actii, hæc Pythii. Serapis in altero nummo cum ara pro pe- *Lib. 74. p. 847.*

dibus exhibetur ad deſignanda ſacra ipſi tanquam deo urbis tutelari ante certaminum celebrationem perpetrata.

IX.


Accedit tertius à Pergamenis nummus ſub eodem M. Cærea Attali F. Caracallæ percuſſus, ipſe togatus ſacra facit ſuper tripodem, à cujus dextra parte Taurus pro victima, ante templum in cujus aditu ſtat paludatus Auguſtus. Imperatores, ut erant Pontifices maximi ſacra ipſimet faciebant. In altero Pergamenorum nummo ejuſdem Principis: idem ſacrificat ante templum Jovis Philii, & nos ex duobus Cæſaribus, quibus Pergameni delubrum erexere, Auguſtum potiùs quam Trajanum nominare exiſtimavimus.

X.

Caracallæ hunc nummum cuderunt Apol-
Lib. 13. pag. 625. lonidienſes Ioniæ, quorum urbs à Strabone deſcribitur. *Ad dextram eſt Apollonis*, XXX *ſtadiis à Pergamo, totidemque Sardibus.* Ad Pergamum convenire Apollonidienſes cum plurimis urbibus
Lib. 5. cap. 30. aliis, auctor eſt Plinius: ipſi autem Caracallæ, cum à patre Imperii factus eſt particeps, nummum dicaſſe videntur, nam imberbis nomen Imperatoris præfert, forſan ſub juvenis Dei effi-

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

gie, qualis eſt Bacchus, repræſentatur in illo, cujus templum exhibuerunt. Nummus ſignatus eſt ſub Prætore Demetrio Appella, quem littera B. iſto magiſtratu bis functum fuiſſe denotat.

XI.

Tertius etiam Perinthiorum nummus hîc locum habet, in eo Julia Caracallæ mater, itineris comes, ſub urbis Genii imagine ſtat turribus ornata, inſignis ſtolâ, utraque manu templum ſuſtinens: quorum unum Severo conjugi, alterum filiis dicatum in 7. hujus Principis nummo ſupra diximus, nunc forſan ipſi ſoli, cùm mortuus eſſet Geta. Ara pro pedibus Juliæ, ſacra pro Caracallæ ſalute facta denotat in ejus templo. Triſtanus fere ſimilem typum ſub Severo nummum vulgavit, ſed mulier, dea eſt concordia, tunicata & cum cornucopiæ, & nummo adjectæ ſunt hæ voces ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ ΑΚΤΙΑ ad indicandam Caracallæ cùm Geta concordiam. *Tom. 1. pag. 103.*

XII.

Colophonii Ioniæ populi, quorum urbs ſub Lyſimacho diruta, poſtea denuò extructa eſt, ut docet Livius, *Id oppidum Colophonium mari imminens, abeſt à vetere Colophone duo ferme millia paſſuum.* Immunes à Romanis devicto Antiocho Rege pronunciati ſunt, & Lucullus comprehen- *L. 3. Dec. 4.* *Plut. in ejus vita.*

ſo eorum tyranno Epigonio horum urbem aſſeruit in libertatem; cujus confirmationem à Caracalla forſan obtinuere, & ideo Principi munifico nummos dedicant ſub Tiberio Claudio Myrone iterum Prætore cum Æſculapii Hygiæ & Teleſphori ſanitatis numinum ſimulachris, ad denotandum ſe iis ſacra pro ſalute recuperanda feciſſe. Caracalla autem teſte Dione, *Fuit ægra corporis valetudine, quòd morbis partim evidentibus, partim occultis correptus eſſet.*

Lib. 97. p. 876.

XIII.


Byzantiis fame à Severo expugnatis, diruta eſt eorum urbs & in vici formam redacta & Perinthiis, in ſervitutem data eſt, ſed Caracallæ interventu ipſi redditæ ſunt immunitates, ut narrat Spartianus. *Antiochenſibus & Byzantiis interventu ſuo jura vetuſta reſtituit.* Memores Byzantii nummos Caracallæ cuderunt. Sub Tito Ælio Capitolino, in quibus ad indicandam cum fratre Geta concordiam, ipſos dextras jungentes exhibuit, & Ludos, ut indicat urna in eorum medio, exhibuit: Perinthii quidem ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ, vocarunt, certamina, Byzantii verò ex altero nummo ΑΝΤΩΝΕΙΑ ΣΕΒΑΣΤΑ, quòd uterque frater à patre fuerat Imperator teſtamento pronunciatus.

Herodian. lib. 3.

In Severo.

GETA.

Digitized by Google



Digitized by Google

P. SEPTIMIUS GETA.


I.

Minor, ex Julia Severi, Septimiæ gentis nomen ex qua pater erat oriundus, accepit, & Getæ cognomen ab avo: Caracalla frater natu major, Antoninus fuerat appellatus, cùm hic autem, deviĉtis Parthis à militibus Auguſtus fuiſſet diĉtus, Geta ab iiſdem Cæſar vocatus eſt, ut narrat Spartianus. *Ob hoc etiam filium Baſſianum Antoninum, qui Cæſar appellatus jam fuerat, annum decimum tertium agentem, participem Imperii dixerunt milites, Getam quoque minorem filium, Cæſarem dixerunt: eumdem Antoninum, ut plerique in litteras tradunt, appellantes.* In Severo. Ideò Severus pater in perpetuam rei memoriam nummum hunc maximum cudi curavit; in quo ab antica parte Geta, puer adhuc ſine lanugine, nudo capite, Cæſaris titulo inſignis exhibetur: ex altera parte Dea Concordia ornata ſtolâ, ut matrona Romana ſtans, dextrâ ſignum militare apprehendit, duobus aliis ante eam ſtantibus, & tribus pone, cohortium, & legionum ſymbolis, cum lemmate CONCORDIA MILITUM, ad indicandum Getam filium, non à ſe Cæſarem fuiſſe appellatum, ſed à militibus communi eorum conſenſu renuntiatum.

In vertice duorum ſignorum qui in medio poſiti ſunt, obſervatur hinc & inde Aquila, totius legionis Romanæ inſigne: in duobus aliis, manus viſuntur, Manipulorum ſymbola, in duobus reliquis duæ literæ C, quæ inverſæ videntur velut Luna falcata, Centuriarum ſigna ſunt, cum ex manipulis, & ex centuriis legio eſſet compoſita. Hæc erant ſimulacra aurea haſtæ præpilatæ ſuffixa, quæ à militibus ferebantur, ut ex qua cohorte, vel quota eſſet centuria in acie ſeu quodam tumultu à contubernalibus ſuis aberrare non poſſent. De quibus vide Vegetium.

Digitized by Google

Digitized by Google


ΜΗΤΡΟΠΟ. ΚΑΙCΑΡΙΑC
ΝΕΩΚΟΡΟΥ
ΕΤ Β
ΑΥ. Κ. ΑΙ. Μ. ΟΠΕΛ. СЕΟΥΗ. ΜΑΚΡΙΝ
ΕΠΙ СΤΡ. ΚΛΑΥΔΙ. ΝΕ.
ΜΕΙΛΗΤΟΠΟ
ΛΙΤΩΝ
ΕΦΕCΙΩΝ. ΠΡΩ ΤΩΝ. ΑCΙΑC.

M. OPELIUS MACRINUS.

I.

MAcrinus poſt mortem Caracallæ ab exercitu Imperator appellatus, Diadumenianum filium, dato illi Antonini nomine, ne id deficeret, Cæſarem fecit: utrique Principi Cæſarienſes Cappadociæ maximum hunc nummum anno ſecundo Imperii incœpto dedicarunt: nam paulò poſt cum filius à patre dictus fuiſſet Auguſtus, victi & fugati, ab exercitu Elagabali demum capti, ambo occiſi ſunt. Cæſaream in Juliæ Severi nummis Metropolis dignitatem ab Antonino Pio accepiſſe, & à Severo Neocoram factam fuiſſe diximus, in cujus honorem templum hoc erectum videtur. Hinc & inde urnæ cum palmis, ludos deſignant; qua de cauſa urbs Neocora, facta videtur: certaminum porrò nomina non apposita ſunt, quorum etſi palma concedatur victoribus: poculum in imo, forſan eſt eorum præmium. Mons Argæus retro ſignatus Cæſareæ inſigne eſt; quippe quæ ad ejus radices ſita. In montis cacumine, ſtatua eſt Imperatoris tanquam Genius loci ſemper in eorum nummis poſitus, quod hic pro deo habitus ſit. Sol ab una parte, & Luna falcata ab altera, montis altitudinem denotant: nam ejus cacumen ad ſydera uſque aſcendere ab incolis exiſtimabatur.

Num. Præſt. tom. 2. edit. 2. p. 243.

II.


Strab. l. 14. pag. Miletopolitæ inter Myſiam & Bithyniam locantur. Photius ex Memnone narrat Mithridatem Regis ejus nominis filium à Fimbria Romanorum duce fugatum ex Aſia ad Miletopolim perveniſſe; inde Pergamum ad patrem ſalvum evaſiſſe cum equitum comitatu. Miletopolitæ Macrino nummo dedicarunt ſub Prætore Claudio, cujus cognomen temporis incuriâ eraſum eſt. Mercurius inſidet rupibus, quibus ſiniſtra inſiſtit, ad indicandum ſui cultum in urbe quæ ſupra montem extructa eſt: caduceum dextrâ gerit tanquam peculiare ſymbolum.

III.

Epheſus, urbs Ioniæ celeberrima ſe primam Aſiæ in hoc nummo inſcribit, cum de illa dignitate Smyrna & Pergamus decertarent; ſed à Macrino Epheſii per aliquod diploma obtinuiſſe videntur, ut ſoli provinciæ primatum haberent, quod etiam *Ex Cim. Regio.* ex altero hujus Imperatoris nummo eruere poſſumus hanc epigraphem præferente ΕΦΕΣΙΩΝ ΜΟΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑΣΙΑΣ. In ejus rei gratiam mulier ſtolata, quæ genius urbis eſt, vota pro felici ejus imperio & ſalute ſuſcipit, quod confirmare *Ibid.* videtur amplior ejus Principis nummus, in quo plurimæ figuræ manus attollunt circa aram ignitam ſacra facturæ ante templum, in cujus aditu Æſculapius ſanitatis deus exhibetur, cum inſcriptione ΒΩΤΑ.

Digitized by Google

Digitized by Google


ΑΥΤ·Κ·Μ·ΑΥΡ· ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ
ΕΠΙ·ϹΤ·ΙΟΥ·ΜΑΡΚΟΥ
ΟΛΥΜ ΠΙΑ
ΠΥ ΘΙΑ
ΠΕΡΓΑΜΗΝΩ Ν
ΙΟΥΛΙΑ·ΚΟΡΝΗΛΙΑ ΑΥΤ·ΚΑΙϹΑΡ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟ Ϲ·ΑΥΓ.
ΠΕΡΙΘΙΩΝ·ΔΙϹ·ΝΕΩΚΟΡΩΝ

M. AURELIUS ANTONINUS

ELAGABALUS.

AB una nummi parte conſpicitur Aurelius Antoninus cognomine Elagabalus, laureâ inſignis: ex altera Ludorum apparatus, menſa nempe ſupra quam duæ urnæ, ſed decumbentes, in priore ſcriptum ΟΛΥΜΠΙΑ, in poſteriore verò ΠΥΘΙΑ: ſub menſa duæ palmæ decuſſatim, in vertice aſtrum, pro epigraphe ΕΠΙ ΣΤΡ. ΙΟΥ. ΜΑΡΚΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Pergameni Caracallæ qui eis tertiam Neocoriam & Aſiæ primatum, ut diximus, conceſſit, beneficiis adſtricti, Elagabalo pro ejus filio habito nummos libenter percuſſerunt. In hoc duo certamina, quod eodem forſan anno incurrebant, celebranda exhibent: Olympicum quidem ſingulis quatuor annis in honorem Jovis Olympii, primum in Elide inſtitutum, alterum Pythium in Apollinis Pythii novennale: ſed cum Pergameni, Neocori ter facti fuerunt, tertium etiam celebrarunt ludum, quem nobis indicat Valeriani nummus, in quo tria exhibentur certamina tribus urnis inſcripta, ΑΚΤΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ ΠΥΘΙΑ. Actium videtur ab iis ſuſceptum in Auguſti honorem, cui templum

Digitized by Google

ædificarunt, quod ille ludos in memoriam victoriæ contra M. Antonium & Cleopatram ad Actium relatæ inſtituiſſet. Sed ſat de ludis, de aſtro aliquid; illud eſt ſymbolum Elagabali, qui Solis erat ſacerdos, ut fert epigraphe nummi SACERDOS SOLIS ELAGABALI.

II

Julia Julii Pauli præfecti prætorii filia, quam ex Cornelia gente fuiſſe nos docent ejus nummi, Elagabalo nupſit: de qua Dio, *Corneliam Paulam duxit in matrimonium, quo fieret pater, ſicuti dicebat, celerius, qui ne vir quidem eſſe poterat.* Perinthii qui inter beneficia à Severo accepta, ab eo ut eſſent Neocori, obtinuerant, ſicut indicant eorum nummi in illius honorem cuſi, cum hac epigraphe, ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΩΡΩΝ, in hoc ſe bis Neocoros prædicant ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΔΙΣ ΝΕΟΚΩΡΩΝ, quam ab Elagabalo ſecundam Neocoriam receperunt. Cùm ille Severi eorum patroni munificentiam erga illos, adæquare vellet: Perinthii ergo tanti beneficii memores Elagabalo & Corneliæ Paulæ ſimul nummos dedicarunt, & ad arguendam conjugalem eorum concordiam, eos dextras ſibi jungentes exhibuerunt, cum dextrarum junctio concordiæ eſſet ſymbolum, nam de iis ita loquitur Tacitus: *Mos eſt regibus, quibus in ſocietatem coëant, implicare dextras.*

Lib. 79 pag. 911.

Ann. 12.



Digitized by Google

M. AUR. SEVERUS ALEXANDER.

I.

ALexandri nummorum ſcenam aperiet latinus Imperatorem togatum in quadrigis exhibens, dextra equorum habenas regentem, ſiniſtra victoriam, utraque manu ſcipionem eburneum tenentem. Ne quis typum Alexandri triumphum deſignare exiſtimet, nullum egit hoc anno conſentientibus Hiſtoriæ ſcriptoribus, ſed memoriam proceſſus conſulatus III. renovat, quem iniit cum Dione II. anno U. C. 982 cum gereret trib. poteſtatem VIII. quæ omnia confirmat, nummi epigraphe, ut & toga conſularis, qua indutus procedit, & ſcipio eburneus conſulum inſigne, quod Victoria gerit, ob acceptum victoriæ in Germania per duces relatæ nuntium.

II.

Latino ſuccedit Græcus à Perinthiis Alexandro cuſus; eorum urbs ad mare in edito peninſulæ jugo à Perintho Epidaurio, teſte Stephano, *De Urbib.* condita: unde ad originem arguendam dicuntur Iones. Epidaurus autem urbs erat in ea Peloponneſi parte, quam habitabant Iones, quod confirmat Pauſanias cum de Ionum duce Pro- *Achaic. pag. 403.* cle loquitur, qui poſtquam ab Achæis ejecti ſunt

Digitized by Google

Iones, in Aſiam eos ducit. *Erat Ionum dux Procles Pityrei filius & ipſe Epidaurius*, & paulò poſt. *Genus Procles ducebat ab Ione Xuthi filio:* unde Iones ab eo dicti ſunt. Mulier ſtolata Genius eſt urbis ſub abundantiæ effigie: illa gerit duo templa, unum Severo patri & alterum filiis, in quorum honorem Actia & Pythia Perinthii bis Neocori ab Elagabalo facti celebrant. Urnæ pro pedibus fœminæ, ludorum præmia continent, dexterior palmæ ramum pro Actiis, ſiniſterior poma pro Pythiis, ut nos docet Lucianus. *In Pythini poma certaminum Deo ſacrorum.*

De Gymnaſ. pag. 787.


III.

Serapis in Caracallæ nummo ad ludos ſpectante, cùm Perinthii primum facti ſunt à Severo Neocori, jam prodiit tanquam urbis Præſes, cui ſacra ante eorum celebrationem facienda erant, quod ara pro ejus pedibus arguit: Perinthios quidem ſub Severo primùm Neocoros fuiſſe, ſecundum verò ſub Elagabalo, ex eorum nummis pronuntiavimus. At cum Actia & Pythia celebrata ſint eodem tempore ſub Caracalla, ut indicat ejus nummus, & adhuc ſub Alexandro renoventur, credibile eſt Pythia non eſſe, ut ſolebant, ab eorum inſtitutione, novennalia, ſed ſingulis quinque annis edita, ut Actia, Perinthii Græcum morem relinquentes, ut ſe Romano accommodarent.

IV.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

IV.

Epigraphe ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΔΙΣ ΝΕΟΚΩΡΩΝ indicat Perinthios hunc Alex. Sev. nummos cudiſſe cum Feſta & Ludos Neocori iterum celebrarent, ob victoriam nempe de Perſis relatam: ſtat enim Imperator militari veſtitu indutus, paludamento inſignis, dextra haſtam, ſiniſtra parazonium gerens, cui Victoria lauream porrigit. De hoc bello inquit Lampridius: *Magno igitur apparatu inde in Perſas profectus, Artaxerxem Regem potentiſſimum vicit, & de præda quam Perſis diripuit, ſuum ditavit exercitum.* Amicus hunc nummum ſtatuæ victori Alexandro Severo à Perinthiis erectæ monumentum eſſe exiſtimat, cui non renuimus, illi enim aliquod à munificentiſſimo Principe beneficium accepiſſe potuerunt, quorum memores & ſtatuam & maximos ex ære nummos cuderint.

V.

Smyrnæis tanta beneficia contulerunt Imperatores Romani, ut eorum urbs, etſi plurimis afflicta terræ motibus, tandem dicta ſit terræ ornamentum & Græciæ theatrum: in ea enim Jupiter præſes & Nemeſes urbis tutelares deæ, Neptunus qui utraque movet; Diique Romani, nempe Imperatores, Græciq; ſcilicet Theſeus Alexander, & Lyzimachus urbis Reſtauratores; unde Ariſti-


In orat. de Smyrn. des ad Cæſares ait, *cum Lyzimachum, Alexandrum Theſeum fabulas, vos vero conditores urbis eſtis, vos novam rurſum erigitis.* Nil mirum igitur ſi Smyrnæi omnibus fere Imperatoribus nummos percuſſerint.

In hoc maximo Alex. Severum ſub Solis effigie, & Mamæam ſub Lunæ imagine exhibent, hoc lemmate filium & matrem ita orbi Romano eſſe utiles, quantum illa lumine humano generi videntur neceſſaria, demonſtrantes: nam extincto impuriſſimo, & crudeliſſimo Imperatore, ſucceſſerat Princeps omni laudum genere dignus & Mamæa Mater, fortiſſima fœmina: Imperatori autem acclamabant Romani apud Lampridium: *Felices nos imperio tuo, Felicem Rempublicam.* *In Felix ſeu.*

Smyrnæi, Aſiæ primatum quem ſub Caracalla obtinuerunt, uſque ad extrema tempora ſervaverunt, ut & tertium Neocoriam, ſicut nos docent Valeriani numiſmata, quæ illis has dignitates, ut iſti, adhuc tribuunt: dicuntur autem Neocori Auguſtorum ad diſtinctionem aliorum numimum. Nam Ephesii ſe Artemidis etiam Neocoros inſcribunt, ut habet ille perrarus Caracallæ *Cim. Ghiſio Romæ.* ΕΦΕΣΙΩΝ ΔΙC ΝΕΟΚΩΡΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ. Nummus vero hic Smyrnæus præfert, ΕΠ. CΤ. ΠΟΛΕΙΓΟΥ. forſan ΙΠΠΟΛΕΙΤΟΥ: ſed conſtanter ita legitur.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

C. JULIUS VERUS MAXIMINUS.

Maximinus Thrax primum gregarius miles, poſt à Septimio Severo inter cuſtodes corporis allectus, tandem ad Imperium poſt Alexandri Severi cædem aſcendit: ſed à Senatu hoſtis ob crudelitatem declaratus, à militibus tandem occiſus eſt, regnavit annos tres integros & aliquot dies, intra quos Samii ſuos ei nummos ſignarunt, quod forſan iis libertatem quam ab Auguſto acceperant, conſervaſſet. Junonem autem Pronubam in templo tetraſtylo nubentis habitu ſtantem ſæpe in iis repræſentant, quod, ut refert D. Athanaſius, veſtiendi rationem inveniſſet. Illius ſignum, opus aiunt Smilidis Æginetæ Euclidis F. fuiſſe, qui Dædalo æqualis; unde maxime priſcum autumabant, Deamque apud eos adoleviſſe, & Jovi nupſiſſe narrant. Pro pedibus illius hinc & inde Pavo conſpicitur, quod illi primum ex Junonis Samiæ templo editi & educati, ex Athenæo.

Dio lib. pag.

Orat. contra gentes.

Lib. 14. cap. 20.

C. JULIUS VERUS MAXIMINUS.


MAximus Maximini Imperatoris ex Paulina filius, eximiæ formoſitatis adoleſcens à patre factus eſt Cæſar: in hoc Cumæorum nummo lauream in capite præfert, & in quibuſdam aliis raris nomen ἀυτοκράτωρος gerit, cujus rationem reddit Maximinus in epiſtola quadam *Ego propter affectum, quem pater filio debet, Maximum meum Imperatorem appellare permiſi.* Cuma Æolicarum urbium maxima & præſtantiſſima fuit, à Pelope unâ cum Magneſia anno mundi 3150. condita eſt: ſi Iſidoro fides: porrò ab Amazone ejus nominis dictam refert Strabo. A Pergamo diſtat XXVI milliaribus, ex qua Æſculapii cultum accepiſſe videtur, apud eos enim famoſum fuit illud Æſculapii templum toto terrarum orbe decantatum, nummus Cumæ fuit percuſſus, ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΦΛ. ΠΑΥ. ΣΕΡΩΤΟΣ. Sub Prætore Flavio Pauſania Serotis filio.

Capitolin. In ejus vita.

Lib. 13. p. 622.

Digitized by Google

Digitized by Google


AYT·KAIC·M·KΛ·ΩΔ·ΠΟΥΠΙΗΝΟC·
Π Π
TAPCOY·M Η TPOΠOΛEΩC·
A
M
K
Γ
B

M. CLODIUS PUPIENUS.

Pupienus & Balbinus contra Maximinum hoſtem P. R. declaratum Imperatores appellati ſunt, integrum annum non explevere, ſi quidem eorum nummi Latini tribunitiam poteſtatem ſecundam non ſcribant: ideò Græci ex iis perpauci occurrunt, ſolam Tarſum reperimus, quæ Pupieno ſuos dedicavit & quidem plurimos: unde illum aliquando Ciliciæ præfuiſſe ſuſpicari aliquis poſſet: qua de cauſa hæc urbs huic Imperatori devota, aliorum Principum, quæ aſciverat nomina, in nummis proferre deſiit.

Tarſus inter alia numina à Dione Chryſ. relata. *Age vero per Herculem quæſo & Perſea & Apollinem & Minervam, alioſque quos colitis Deos.* Herculem non modo ſelegit, quem in Pupieni nummis ſignaret, ſed inter alios hujus Dei labores, illum cum Antæo luctantem expreſſit, forſan non ſine cauſa: nam Pupienum Herculi, qui Antæum gigantem oppreſſit, comparaverunt: Maximinus enim tanta proceritate eminebat, ut alter gigas videretur, Capitolinum audias de illo loquentem. *Longitudine autem corporis & vaſtitate & forma, atque oculorum magnitudine & candore inter omnes excelleret: bibiſſe autem illum ſæpe in die vini Capitolinam amphoram conſtat: comediſſe &* XL. *libras carnis, etiam* LX.

In Tarſic. priore.

In Maximino.

Artemid. lib. 2. Antæus verò Neptuni filius erat, qui hoſpites ſecum palæſtra dimicare compellens, occidebat. Hercules cum eo luctari coactus, ſublimem illum è terra ulnis eliſum interemit. Maximinus quemque nobilem interficiebat, Pupienus contra eum tanquam alter Hercules à Senatu miſſus eſt.

Literas A. M. K. ſupra interpretati ſumus πρώτη μεγάλης Κιλικίας. *Prima magnæ Ciliciæ* cùm primatum provinciæ obtinuiſſet à Severo. Reliquas Γ. Β. explicamus. *Tom. 2. p. 268.* Γνωμῇ Βουλῆς, ut in libro noſtro Præſtantiorum numiſmaeum jam diximus; & non *anno ſecundo*, ut quidam dixerunt. Has autem literas appoſuit Tarſus, cum libera ſub Severo iterum pronunciata eſt, ut deinceps ex Senatus ſui decretis, ſe cuncta agere denotaret.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

M. ANTONIUS GORDIANUS.

I.

Gordianus occiſis Balbino & Pupieno ſolus Imperium tenuit, exortoque Perſico bello, ad illud profectus eſt: at cum adlocutiones militares fierent, tùm ante prælium, cùm poſt victoriam, quibus vel præmia, vel laudes diſtribuerent. Hæc poſt devictos Perſas à Gordiano facta videtur, cum ille plurima militibus diſtribuerit, & ut narrat Capitolinus, *laudatis pro concione victoribus*. Cujus rei memoriam non modo Senatus in tanti Principis, cui triumphum decreverat, in nummis conſignavit: ſed ipſe Gordianus in maximis, ad gloriam ſuam cudi curavit. *In Gordian.*

II.

Ad bellum Perſicum ſpectat hic nummus, cùm Gordianus ad illud proficiſceretur mare conſcendit; de quo Capitolinus. *Fecit iter per Mœſiam; inde per Syriam in Antiochiam venit.* Trajectus ille ex Mœſia in Syriam triremi peractus eſt: unde in aliis cùm eodem typo occurrit epigraphe FELICITAS AUGUSTI, ad denotandam bonam Principis fortunam, qua Perſas & Barbaros devicturus eſt. Triremis ſignatur, quæ remis tan- *Ibid.*

Digitized by Google


tum, nec ullo velo utitur, ad demonſtrandum Gordiani felicem, nulliſque tempeſtatibus agitatum ejus trajectum, & cum ille à militibus populo & Senatu, ingenti amore, ſtudio & cura haberetur: nil mirum ſi trajectus ejus memoria tanquam omnibus grata in ære conſignetur.

III.

Moneta Romani Imperatoris demortui jactationem in populo non ampliùs habebat, ad uſum autem ejus reſtituendum, Senatus decreto opus erat pro æreis, & Principis novi reſcripto pro aurea & argentea; nam ab Auguſto æreæ cudendæ facultas Senatui, tanquam poteſtatis umbrâ relicta erat: Hadrianus tandem æreos ſibi maximos attribuit: ideo plurimi Imperatores tres monetas exhibuerunt, ut penes ſe ſummum jus ex omni materia cudendorum nummorum eſſe denotarent. Epigraphe *Æquitas Auguſti*, eorum ex proba, & non ex adulterina materia in nummis cudendis æquitatem demonſtrat: unaquæque bilancem tenet, pro juſto nummi pondere arguendo.

IV.

Digitized by Google


ΑΥΤΟΚ Μ ΑΝΤΩ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ
Ν Ρ
ΑΣΙΑΣ
ΑΣΙΑΡΧΟΥ
ΑΣΙΑ ΟΜΟΝΟΙ Α ΣΜΥΡΝΑ
ΕΠ.Ϲ.ΠΩΛΛΙ ΑΝΟΥ

IV.

Mars præcipuè à Romanis cultus eſt, quòd Romuli Conditoris pater crederetur, quem modò Bellatorem, modò Pacatorem appellabant: hujus templum erat intra urbem ad ejus cuſtodiam, alterius in via Appia, cujus proſpectus hic eſſe videtur: extra urbem nempe ad arcendos hoſtes, ei Imperatores, bella facturi ſacra faciebant: ideo Gordianus ante ejus templum ſacrificat, togatus quidem, cùm adhuc in urbe moraretur: aſſiſtunt ſacerdotes & miniſtri, Popa pro victima bovem malleo feriente, & Victimario eum jugulaturo. In aditu templi ſtat Mars galeatus, haſtâ inſignis, cujus cognomen in Zephoro, ſcriptum eſt, Ὁπλοφόρος, ideſt, *armiger*, quòd ferat arma, quin &Orphæo Ὁπλοχαρής, qui *armis lætatur*.

V.

Hypæpa Lydiæ urbs inter Tmolum montem & Cayſtrum fluvium ſita, ab Ovidio parva dicta.

Illinc parvis finitur Hypæpis. Metam. 1.

nummos cum Herculis quieſcentis effigie, ad arguendum ſuum verſus Gordianum obſequium, ſub Prætore Tito Antonio Alexandri filio vel pro aliquo accepto beneficio, cùm & Tranquillinæ ejus uxori etiam percuſſerit, cùm Imperator

ad bellum Perſicum proficiſceretur, quippe eques in barbaros decurrens exhibetur. Hercules clavâ innixus eſt, qua pro armis utebatur, eam in Nemæa *Artemidor. lib. 2.* ſylva ad Leonem occidendum ſibi comparaverat.

VI.

Gordianum venationi deditum, & in ea illius dexteritatem & peritiam nos edocent nummi frequentes in plurimis Græciæ urbibus percuſſi: en Epheſus telo aprum ab eo transfixum nobis exhibet, ut & alter Hypepæ ſignatus idem factum repræſentat; in aliis Diana Venatrix & Meleager aprum palo transfoſſurus, tanquam Dii venationibus præſides, in gratiam Imperatoris obſignantur. Epheſii ſe primos Aſiæ inſcribunt, quam dignitatem præ aliis ambibant.

Digitized by Google

VII.

Plurimæ urbes Græciæ nummos Gordiano cuderunt, cum ille eſſet, teſte Capitolino, *amatus à populo & Senatu & militibus, ita ut nemo Principum.* Inter eas Smyrna Ioniæ civitas ſplendidiſſima reſtaurationis ſuæ ab Alexandro M. memoriam ei exhibet. Heros ille dormit ſub Platano, cui in ſomnio Nemeſes urbis Præſides illius inſtaurationem monent, ut nos docet Pauſanias, ſicut jam retulit Abbas Nicaſius, & cujus meminit Ariſtides: *Atque Alexandri quidem ſomnium quoddam fertur, in quo inerat fundandi proœmium* Iſque erat tertius Reſtaurator: nam addit: *Altera ferebatur laus, Theſeus autor & Smyrnæ nomen.* Ter autem ſitum mutavit terræ motibus concuſſa.

In Gordian. *Achaic. pag. 404. De Num. Panth. Palinod. de Smyr. Ibid.*

VIII.

Smyrnæi in ſuperiore nummo Alexandrum urbis in loco novo reſtaurationem ſuſcepiſſe demonſtrant: in hoc verò, ad majorem antiquitatem, Smyrnam Amazonem exhibent Conditricem, & fœdus initum cum Aſiæ urbibus: earum Genius ſtat pro ſacris faciendis. Iones cùm ex Attica ſub Codri filiis in Aſiam tranſiſſent, plurimas urbes condiderunt, alias invaſerunt, & tunc eorum conventus ex duodecim conſtitit, Smyrna

Lib. 14. poſtea inter illas recepta eſt, teſte Strabone. *Poſtea temporis aſſumpta in eorum conventum eſt etiam Smyrna authoribus Epheſiis.* Quod confir-

Achaic. pag. 404. mat Pauſanias. *In ſequentibus deinde temporibus concilii ſui ejus cum Smyrnæis Iones communicarunt.* Amazon turrita eſt tanquam urbis fundatrix, templum Romæ dicatum, quod gerit prima illi

Annal. 4. extruxerit ex Tacito. Bipennem & clypeum pro armis tenet. Prora vel ad mare ſitum, vel in

Orat. ad M. Aur. veteris victoriæ de Chiis relatæ ſignum ex Ariſtide denotat.

Digitized by Google


CAPΔIANΩN·Γ
NЄ ΩKOPΩN

FURIA SABINA TRANQUILLINA.

I.

NOn inanis conjectura Seguini fuit, qui Tranquillinam ſub Proſerpinæ effigie à Sardianis repræſentatam putavit in nummo maximo, quem diſertè expoſuit, & conſule: nam obſervata paululum attentius mulieris imagine, nemo eſt qui Tranquillinam non agnoſcat; nonne Fauſtina junior ſub eodem ΚΟΡΗΣ nomine à Cyzicenis ſupra prodiit? adde quod idem Sulpitius Hermophilus primus Pontifex Sardianorum ſi- *Occo pag. 437.* milem Proſerpinæ à Plutone raptus typum Gordiano ejus conjugi percuſſit: imò in altero Tranquillinæ dicitur Ἀρχίερευς ἄ τὸ Β'. cum ludis Chryſanthinis. Proſerpinæ cultum apud Sardianos indicant plurimi nummi cum ejus deæ effigie, ut *pag. 87. v.* & inſcriptio apud

ΘΕΑΝ ΚΟΡΗΝ ΣΑΡΔΙΑΝΟΙΣ Λ. ΑΥΡ. ΣΑΤΥΡΟΣ ΑΠΕΛ. ΣΕΒΑΣ. ΑΝΕΘΗΚΕΝ.

Tot Gordiano & Tranquillinæ uxori nummi, non ſine aliquo beneficio à Sardianis percuſſi videntur, ſed illos à munificentiſſimo Principe ut tertium Neocori eſſent, accepiſſe, ipſi nos edocent: cùm primam ab Hadriano Neocoriam, & ſecundam à Caracalla habuiſſent. Hic nummus ſub Sulpitio Hermophilo primo Pontifice ſignatus eſt:

Digitized by Google

ſub Pontificibus ſuis, & non ſub aliis magiſtratibus nummos cudere ſolent. Plutoni volunt nuptam Proſerpinam Cereris filiam, quæ ut ſeges terræ mandata centuplum profert, & ſic cum inferis partim, & cum ſuperis degere refertur apud Apollodorum.

Fulgent. Myth.

Ibid.

II.


Eadem Tranquillina ſub Proſerpinæ imagine iterum prodit in altero maximi moduli nummo ſub Prætore Rufino. Græci quidem nummi Tranquillinam ſæpius Furiam nominant, Latini verò Sabiniam. Sardiani ſe ter Neocoros, ut in ſuperiore nummo inſcribunt: quæ dignitas urbibus tantum celebribus conceſſa videtur; at Sardis ſe Metropolim & Primam Aſiæ, Lydiæ & Græciæ vindicat: Cræſi olim Regis ſedes fuit, cujus donum Sardiani civibus ad requieſcendum otio ſeniorum collegio Geruſiam dedicaverunt apud Vitruvium.

Lib. 2.

Jupiter in Sardianorum nummis frequens, ejus cultum in urbe denotat; ſed in hoc maximo inter Zodiaci circulum, tanquam inter deos primarius ſedens reponitur, de quo inquit Macrobius: *In duodecim Zodiaci ſignis certa certorum numinum domicilia creduntur.* Jupiter victoriam dextrâ gerit, tanquam Gordianus ſub ejus protectione victoriam de Perſis relaturus ſit.

Digitized by Google

Digitized by Google


CONCORDIA·AVGVSTORVM.
VICTORIAE·AVGVSTORVM.

M. JULIUS PHILIPPUS.

I.

PHilippus humillimo loco ex Arabia oriundus, virtute tamen rei militaris clarus, ex Præfecto Prætorii ad Imperium, Gordiano ejus artibus occiſo, & à Senatu ipſius literis decepto, confirmatus pervenit: uxorem duxerat Marciam Otaciliam Severam, ex qua M. Julium Philippum habuit filium, quem primùm dixit Cæſarem, & ut familiæ obſcuritatem tegeret appellavit Nobiliſſimum, adinſtar Commodi, in cujus nummis ſignatur NOBILITAS AUG. Philippus autem pater, ut ſe à Senatu confirmatum intellexit, filium in itinere Imperii participem fecit, de quo Aur. Vict. *Sumpto in conſortium Philippo filio, rebus ad Orientem compoſitis, conditoque apud Arabiam Philippopoli oppido, Romam venit.* *De Cæſarib.*

En tota Philippi familia in hoc maximo nummo, ſub concordiæ Auguſtorum epigraphe, exhibetur, pater capite jugato cum Otacilia conjuge ab una parte; ex adverſa Philippus filius laureâ inſignis, conſpiciuntur: qui quidem nummus videtur ſignatus poſtquam Philippus filio Imperium communicavit, ob lauream qua caput hujus cingitur: Cæſares enim illa non erant redimiti.


Digitized by Google

Pars averſa exhibet duas victorias clypeum ſuſtinentes in quo VOTIS, in memoriam victoriæ Carpicæ ſub utroque relatæ. Carpi Capitolino teſte, Scythico bello principium dedere: hi à Gordiano tertio repulſi, dum contra Perſas bellum gereret, illud reſtaurarunt; ſed Philippus poſtea eos vicit & profligavit: unde in ejus nummo argenteo VICTORIA CARPICA.

In Maximo & Balbino.

Hæc victoria initio anni v. Philippi Imperii reportata videtur v. c. 1001. vox autem VOTIS in clypeo, vota pro felici Auguſtorum reditu ſoluta eſſe denotat, in quorum memoriam clypeus votivus templo appendebatur, quem gerunt Victoriæ.

Digitized by Google


IMP·CAES·M·IVL·PHILIPPVS·AVG·
P·M·TR·P COS P·P·
ΤΑΡΣΟΥ·ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ
Α Μ Κ
Γ Β
ΑΥΤ·Κ·Μ·ΙΟΥΛ ΦΙΛΙΠΠΟΣ
ΣΑ ΜΙ ΩΝ

II.

Philippus ſenior ſtat paludatus, filius ei à dextris adſtat, eos Præfectus prætorio, & duo legionum Tribuni comitantur, Pater in actu loquendi depingitur, militibus velut gratiam agens, quod ſibi Imperium detuliſſent, de quo ait Zoſimus, *Philippum ex compoſito purpurâ veſtiunt.* *In Philipp.* Ideo Philippus in ſuggeſtu non exhibetur, ut ſolebant Imperatores pro bello alloquentes, amplis largitionibus milites remuneravit, Romamque miſit, literis ad Senatum miſſis Gordianum morbo extinctum eſſe, & exercitum eum Imperatorem renuntiaſſe, quem Senatus de Gordiani morte mœrens comprobavit, & filio Cæſari facto nummos, cum titulo Principis juventutis, percuſſit.

III.

Tarſus Ciliciæ Metropolis, Syriæ contermina, in qua Philippus erat Imperator electus, ut ſuum novo Principi obſequium ſignificaret, nummos ei ſignavit, in iiſque Minervam præcipuum urbis numen expreſſit, ut loquitur Dio Chryſoſtomus. *Age vero per Herculem quæſo, & Perſea, & Apollinem, &* MINERVAM, *aliosque quos colitis deos.* *In Tarſic.* Tarſenſes Minervam ſelegerunt, tanquam ejus ope Philippus profligaſſet, & ad pacem ineundam coëgiſſet, ut ejus ex argento nummus denotat,

cum epigraphe, PAX FUNDATA CUM PERSIS, quod confirmat Zoſimus. *Is ſacramentis intervenientibus amicitia cum Sapore conſtituta, belloque ſopito Romam proficiſcitur.* Tarſus Philippo per nummos blanditur, ut ab eo immunitatum confirmationem, quam acceperat à tot Auguſtis, quorum nomina tulit, obtinere queat.

Lib. 1.

Samii ſuos etiam nummos Philippo dedicant, cùm ille forſan in urbem ſuam appuliſſet, Imperator in Syria appellatus, Romam proficiſcens: vel cùm libertatis ab Auguſto acceptæ confirmationem accepiſſent. In iis Junonem & Pudorem exhibent, de Junone, quæ apud eos adoleverat & Jovi nupſerat, diximus: ipſa nubentis ritu prodit, habitu nempe ſumptuoſiſſimo, ornatu ſupra caput fœminis opportuniſſimo, quem *Pulionem* vocabant, quo altiores & pulchriores viderentur, ut nunc noſtræ, capillis in altum erectis ad gratiam, conſpiciuntur. De Pudore pauca ſuperſunt dicenda. Pudorem apud Athenienſes cultam narrat Pauſanias, apud Samios nummus, quam ita deſcribit Alciatus.

Attic. pag. 19. Lib Emblem.


Ergo ſedens velat vultus, obnubit ocellos,
Iſta verecundi ſigna Pudoris erant.

Pudor à Græcis muliebri effictus eſt formâ propter Penelopes fabulam: nam cùm illa faciem velaſſet coram patre, ſignum Pudoris, ea in viæ parte dicenda, dedicaſſe aiunt.

Pauſan. Lacon.

Digitized by Google

Digitized by Google


M·IVL·PHILIPPVS·NOBIL·CAES·
PRINCIPI·IVVENTVTIS·
AVT·K·M·IOVΛ·ΦΙΛΙΠ ΠΟC·AVΓ
CΠ·AΚΡ·ΓΑΥΚΩΝΟC·Γ·ΝΙΓΡ·ΑΡΧΑ
ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ·
ΜΑΚΕ·

M. JULIUS PHILIPPUS.

I.

PHilippus Philippi & Otaciliæ filius, ſeptennis à patre Imperatore Cæſar factus, mox Princeps juventutis Romæ à Senatu renunciatus eſt, quod futuræ ſucceſſionis ſymbolum fuit: unde nummorum cudendorum mos cum Cæſarum imaginibus, ob facti illius rationem, quæ eorum erat prærogativa. Troiæ ludi in memoriam Aſcanii, qui primus omnium in Italia eos celebraverat, à pueris majoribus & minoribus edebantur: illis verò qui præſidebat, Princeps juventutis appellabatur: quo deinde titulo uſus eſt Auguſtus, ut Caium & Lucium Agrippæ generi filios à ſe adoptatos, cum Cæſarum appellatione, pro deſignatis Imperio hæredibus adſereret, quem in reliquis dein Cæſaribus & in Philippo factum docent numiſmata. Tenet ſignum militare, adſunt & alia cum milite ſtante, ad denotandum Philippum juniorem non ſolum à patre, ſed ab omni etiam exercitu Principem juventutis declaratum eſſe. Occiſus eſt Romæ cùm duodecimum annum ageret, poſtquam Veronæ pater interfectus eſſet à militibus.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. QUINTUS TRAJANUS DECIUS.

I.

TRajanus Decius contra Marinum à Philippo miſſus, illo occiſo ab iis Imperator electus eſt invitus, de quo Zoſimus. *Amictum purpura Decium & ſibi etiam metuentem, ad procurationem rerum vel invitum compellunt.* Philippus mox ei occurrit in campis Veronenſibus, ubi à Decianis etiamſi numero imparibus, ſed Ducis peritiâ fidentibus victus eſt, & occiſus. Nuntio Romam allato, hic nummus in monumentum victoriæ percuſſus eſt: nam Decius ob vitæ præſtantiam omnibus carus, à Senatu ſubito acclamatus eſt. Nihil ille cupiebat agere, niſi quantum Senatus juberet, ei cenſuram remiſit, jus quintæ relationis & proconſulare imperium nec non jus tribunitiæ poteſtatis Senatus populique Romani arbitrio permiſit: unde in ejus nummis nulla TR. P. nota, & in maximis S. C. quaſi Senatui reddidiſſet poteſtatem eorum cudendorum, quam Hadrianus ſibi arrogaverat.

I I.

Felicitas Sæculi in Decii nummis meritò deſignatur, nam erat, ut refert Victor, *Vir, artibus cunctis virtutibuſque inſtructus, placidus & communis domi: in armis promptiſſimus.* Ideò bonitate Trajano adæquatus, nomen Optimi Principis, judi- *Hiſt. Aug. epit.*

Digitized by Google

cio Senatus meruit. Nihil mirum igitur ſi Romanus orbis Sæculi felicitatem, ſub ejuſmodi Principe, tantopere jactet. Felicitas caduceum dextrâ gerit, ut pacis inſigne, nam tunc temporis, Lib. 1. teſte Eutropio, *bellum civile, quod in Gallia motum fuerat, oppreſſit.* Siniſtra cornucopiæ tenet, frugum abundantiam ex pace procuratam demonſtrans.

III.

A Pergamenis cuſus eſt nummus Trajano Decio, hi ſe primos Aſiæ ſcilicet, & ter Neocoros inſcribunt, non quidem ab hoc Principe factos, cùm vix triennium Imperii inchoaverit, ſed hos titulos ab aliis Auguſtis, ut ſupra dictum eſt, acceperant. Typus exhibet Imperatorem ſacra facientem, in ejus ad Urbem adventum, dum è Syria rediret, aut illam properaret contra Priſcum Philippi fratrem, qui Imperium arripuerat, de Hiſt. Auguſt. Syne 1. quo Sext. Aur. Victor. *Simulque per eos dies Lucio Priſco, qui Syromacedonas præſidiatu regebat, delata dominatio. Qua de cauſa Decio quam potuit maturrimè Roma digreſſo.* Ideo paludatus ſacrificat ante Bacchum, qui ut Orientis Victor, Decio coronam porrigit.

Digitized by Google

Digitized by Google


ΣΑΜ ΙΩ Ν.
ΣΑ ΜΙ ΩΝ.
ΟΜΟΝΟΙΑ
HERENNIA·ETRVSCILLA·AVG.
PVDICITIA·AVG.
S·C.

IV.

Samii plurimos cuderunt Decio nummos ob illius in urbem appulſum, ut videtur, cùm è Syria rediret: in hoc Pudorem & Pietatem exhibent ſorores, de quibus in Lilio Giraldo Synt. 1.

Pietaſque Pudorque.

Pudor jam prodiit à Samiis in Philippi nummis depicta, Pietas etiam velo ornata exhibetur, ut ſacra faciens: ideò dextrâ pateram tenet, ſiniſtrâ matrem, quam in carcere aluerat. Samii hoc lemmate videntur Etruſcillæ ejus conjugis virtutes expreſſiſſe, Pudicitiam nempe Auguſtæ, cùm ejus laudem Fœminæ Principes imprimis ambirent, ut videtur infra in ejus nummis Romanis: Pietatem verò Etruſcillæ qua in parentes uſa.

V.

In altero nummo Samii Neptunum & Jovem præcipua ſua numina repræſentant. Neptuni templum in urbe Samo memorat Strabo Ἔχει δὲ νεὼν Ποσειδῶν, *templum habet Neptuni*, nam Ancæus Neptuni filius ex Same Cephaleniæque urbe, contractis undique colonis, urbem condidit ex Jamblicho, quod confirmat Hyginus. *Ancæus alter Neptuni filius matre Altachæſti filia, ab Imbraſo inſula quæ Parthenia appellata eſt, nunc autem Samos.* Lib. 14. Quoad Jovis in hac urbe cultum, coloſſicam ejus ſtatuam M. Antonius ſuſtulit, quam Auguſtus in Capitolium comportari præcepit, teſte Strabone.

Digitized by Google

VI.

Philadelphenſes Lydiæ nummum Decio ſignarunt concordiâ cum Epheſiis juncti; ideo apud ſe Dianæ Polymammæ cultum receperunt, cui templum, cujus iconem exhibet nummus, extruxerunt, fœderatæ enim urbes omnia debent habere communia ex Ariſtide. At liceat mihi hoc Philadelphenſium cum Epheſiis fœdus conciliante Etruſcilla pactum augurari, cùm ſub urbis genio Epheſiæ Dianæ ſignum in novum templum ferre videatur adſtantibus Decio conjuge & Herennio filio, quorum ſtatuæ deorum inſtar nudæ, ſolo ornatæ ad diſtinctionem paludamento, in templo ad perpetuam rei memoriam collocandæ, Aur. Rufinus perhibetur Sacerdos primus Philadelphenſium, qui ſe Neocoros inſcribunt, nempe ſub Hadriano factos.

HERENNIA ETRUSCILLA.

VII.

Etruſcilla diù pro Voluſiani uxore habita, tandem Decio conjugi legitima ex eorum nummis reddita eſt: in hoc ſignatur ſub deæ Pudicitiæ effigie, cùm Auguſtæ præſertim pudicæ exiſtimari vellent, ſedens velo caput obducit, ut diximus ſupra apud Alciatum.

Emblem. Pudor & Pudicitia idem erat numen, quam Romani à Græcis mutuati ſunt ex Penelopes fabula apud Pauſaniam: porrò Romæ Pudicitia duplex, una Patricia, altera Pebleia ex Livio.


Lib. 3. pag. 202. *Dec. 1. lib. 10.*

HOSTILIANUS

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google



Digitized by Google

C. VALENS HOSTILIANUS.

I.

TRiſtanus Hoſtilianum Hoſtiliani, à Senatu poſt Gordiani tertii necem ad Imperium electi filium, ipſumque à Trajano Decio adoptatum exiſtimat. Alii Quintum Herennium & Caium Valentem Hoſtilianum ambos ex uxore Decii, filios arbitrantur: diſcrepantia Herennii, & Hoſtiliani nomina, prioris quidem à matre, poſterioris verò à patre, ut ſe invicem diſtinguerent, mihi penitus ſuadent, ut Triſtano aſſentiar: mutila adeò eſt ejus temporis hiſtoria & obſcura, hactenus enim Decii uxor ignorabatur, & Salluſtia Barbia Orbiana, pro Herennia Etruſcilla habebatur; unde eorum filius Decius, Herennii nomen, & Etruſci cognomen accepit: plurimi etiam Scriptores de uno tantùm Decio loquuntur, nec nummi ſententiæ noſtræ ullo modo refragantur: eos quidem ambos cum capite adverſo exhibent: quid tum? Druſus Tiberi filius & Germanicus ab eo adoptatus, nonne ita depinguntur: imò ΑΔΕΛΦΟΙ in illis appellantur: Hoſtilianus verò Meſſiæ gentis nomen, ad adoptionem indicandam, aſſumpſit.


Alii inquiunt, Decius, cùm ei jam eſſet filius, ut priùs habuerat Philippus, cur Hoſtilianum adoptaſſet? ſed ille, ut Senatus P. Q. Romani gratiam ſibi conciliaret, id facere potuit: nam

In Rom. Hiſt. Comp. ſi Pomponio Læto credimus, arbitrio eorum jus Tribunitiæ poteſtatis, quæ nulla in ejus nummis ſignatur, Cenſoriam dignitatem, quæ Valeriano delata eſt, jus quintæ relationis & proconſulare Imperium: imò ut nummi maximi Senatusconſulto iterum cuderentur, ſicut videre eſt in ſuis, permiſit. Vel cùm multi Tyranni in plurimis locis Imperatores ſe appellarent, & Barbari provincias popularentur, ne Romæ alius Auguſtus, cùm foras eſſet, crearetur, Hoſtilianum Imperatoris jam à Senatu proclamati filium adoptaſſe videtur: nam Decio patre & ejus filio in bello occiſis, Senatus, cum Gallo quem milites Imperatorem elegerant, Hoſtilianum conſervavit.

Prima Cæſarum dignitas, erat Princeps juventutis, non hæc quidem propriè magiſtratus: ſed tamen ad eos capiendos ita deſignabantur, hicque mos ab Auguſto, qui Caium & Lucium Cæſares adoptaverat, introductus eſt, cùm ad eos Imperium transferre illorum patres deſtinaverant: de quo paſſim apud Hiſtoriæ ſcriptores. Itaque Hoſtilianus ſtat paludatus dextrâ pilum, ſiniſtrâ haſtam in averſa parte gerens depingitur cum epigraphe PRINCIPI JUVENTUTIS, quod ita à Decio fuerat declaratus.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

C. VIBIUS TREBONIANUS GALLUS.

I.

GAllus, Decio & Herennio ejus filio in acie contra Scythas occiſis, arripuit Imperium, Senatus electionem confirmavit, & primus Imperator conſtituto barbaris tributo, Romam venit: ad res civiles mox & Urbis ornamentum applicuit, cujus rei teſtis eſt hic nummus, qui ab eo templum Junoni Martiali conſtructum vel reſtauratum nos edocet: id in VIII. regione Urbis *De reg. urb.* collocatur à Sex. Rufo, de quo in nummis ante hunc Imperatorem nullà mentio. Sedet dea in aditu templi, dextra duas haſtulas, Sabinorum lingua *cures* appellatas gerit; unde *Curitis* illa Juno à Romanis appellata: eadem videtur quæ Martialis, quod fortes viros in genituris ominetur, quia ſumma armorum & Imperii haſta eſt. Pavo pro pedibus, deæ inſigne eſt: hinc & inde bovis ſignum, aut ad templi ornamentum, vel pro ejus *Tom. 1. pag. 668.* dedicationis ſacrificiis. Vide Triſtanum.

Digitized by Google

II.

Seleucienſes Ciliciæ aſperæ ad Calycadnum fluvium, Gallo tanquam novo Imperatori nummos dedicarunt, & ſe his vocibus πρὸς τῷ Καλυκάδνῳ,
Syriaci. ab aliis Seleucienſibus diſtinguunt, nam teſte Appiano, Seleucus Syrii Imperii fundator ἐννέα δ' ἐπωνύμους ἑαυτῷ, *novem à ſe Seleucias* urbes condidit, in hanc Holmi urbis incolas tranſmiſit, ſi
Lib. 14. p. 670. Straboni fides.


In poſtica nummi parte, duo conſpiciuntur capita adverſa: dexterius, Apollinis eſt laurea inſignis, ante quod lauri ramus, ejus ſymbolum: alterum urbis Genii calatho inſignis eſt, ad cujus dextrum latus cornucopiæ. Apollo quidem à Seleucienſibus, in gratiam Seleuci Conditoris cul-
Lib. 15. cap. 4. tus, qui ſe Apollinis filium jactabat, ut Juſtinus refert. *Siquidem Laodice cùm nupta eſſet Antiocho, claro inter Philippi duces viro, viſa eſt ſibi per quietem ex concubitu Apollinis concepiſſe.*

Genius urbis per cornucopiæ, indicat frugum in agris Seleuciæ abundantiam, quam Calycad-
Lib. 16. nus procurat: de quo Ammianus; *Iſauria pari ſorte, uberi palmite viret & frugibus multis, quam navigabile flumen Calycadnus interſcindit.*

Digitized by Google

ROMA

Digitized by Google



Digitized by Google

P. LICINIUS VALERIANUS.

I.

Contra Gallum inſurrexerat Æmilianus, ſed vix Imperium occupavit, cum Valerianus à militibus electus eſt, & occiſo ad Spoletum Æmiliano, ad eum tranſiit ejus exercitus, ne ſe civili bello conſumerent: Romam venit Valerianus, ab omnibus exoptatus, ut narrat Trebellius Pollio. *Per omnes dignitatum gradus ad maximum in terris culmen aſcendens, vita laudabilis, in eam conſcenderat gloriam, ut per omnes honores & magiſtratus inſigniter geſtos, Imperator fieret, non ut ſolet tumultuario populi concurſu, non militum ſtrepitu, ſed jure meritorum & quaſi ex totius orbis vera ſententia.* Anno ſequente iterum Conſul cum Gallieno filio renunciatur, & in hoc nummo maximo conſularem proceſſum cudi curavit, in quo uterque Conſul & Saloninus qui Cæſar factus eſt, cum pater Gallienus dictus eſt Conſul: unde felicitas temporum, cum tot Imperii heredes ſimul denuntientur. *In Valeriano.*

Digitized by Google

II.

Corycus urbs Ciliciæ maritimæ nummos Valeriano cudit, cum in portum ſuum appulit bellum Perſis illaturus. Se aſylum & Navarchidem inſcribit, imò & ſuis legibus utentem: ludos etiam ſeu certamina ΘΕΟΓΑΜΙΑ Proſerpinæ dicata, in honorem Bacchi exhibet: quæ certamina alter Valeriani nummus, Nyſæ Cariæ edita

Ex Muſæo noſtro. profert. Nyſæ autem educatus eſt Bacchus, unde dictus eſt Dionyſius ἀ διὸς ϗ Νῦσα: ut innuit Sabinæ nummus in quo Bacchus ſtat cum

Cimel. Reg. epigraphe ΝΥΣΑΕΩΝ ΔΙΟΝΥΣΟΣ. Corycus autem ludos Proſerpinæ, & Bacchi cultum à Nyſa urbe proxima, ejus fortè colonia, accepiſſe videtur. In urna conſpiciuntur caduceus, ſpica, & palmæ ramus; hic victoris præmium; ſpica, quod eo die ſpicæ ferebantur ad ſacrarium, teſte Feſto; caduceus, quod Athletæ in ejuſmodi ludis eo ute-

Lib. 72. pag. 826. ntur, de quo Dio. *Ferebat etiam caduceum quale Mercurius ſolet.*

Digitized by Google

III.

Samii Pudicitiam & Pietatem, quas in nummis Decii velo obductas ſignarant, in hoc Valeriani aperto capite exhibent: eadem nempe ratione in gratiam Auguſtæ Imperatoris conjugis: hæ autem Fæminis Principibus maxime conveniunt Pudicitia & Pietas ſorores. Pudicitia velum ex collo ſupra caput attollit, quod theriſtrum pudicitiæ, aut virgineum flameum vocabatur. Hujus deæ duo erant templa, vetus pro patriciis in foro boario, & novum in vico longo, pro plebeiis, exorta inter eas contentione. Pietas tenet pateram ob ſacrificia, ſiniſtrâ matrem gerit, pietatis ſymbolum, ut in nummis Catenenſium & aliis: ſed de Pietate Romana. Vide Plinium. *Lib. 7. cap. 35.*

Digitized by Google

IV.

Seleucienſes Ciliciæ typum, quem Decio ſignarant, eundem etiam Valeriano percutiunt, nempe Apollinis & urbis Genii capita adverſa: Apollinem, ut tutelarem oppidi deum, quem in memoriam Seleuci Conditoris, qui ſe Apollinis filium prædicabat, colebant; pariter venerabantur Genium urbis, quem calatho ornant Serapidis inſtar, cui tribuitur, ut ait Macrobius, *Satur. 1.* ob ſolis altitudinem & potentiam capacitatis: unde in Seleucienſium in agris abundantiam denotat, cujus cornucopiæ ſymbolum eſt.

GALLIENUS

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

P. LICINIUS GALLIENUS.

I. & II.

GAllienus à patre Cæſar, mox Imperii conſors factus, cum à Sapore captum redimere parum curavit, ſed ſe deliciis & voluptatibus immergens ſolus Imperavit: frequens autem monetarum typum percuſſiſſe videtur, cùm plurimi Romanas occupaſſent provincias tyranni, & ſignata eorum effigie in moneta, ſe Imperatores prædicarent; nam certa erat ſupremæ poteſtatis nota, quam omnes percutere diligenter procurabant, ut ſe meritò ac jure declaratos eſſe denotarent, de quo Vopiſcus. *Scis enim, mi Baſſe, quanta nobis contentio proxime fuerit cum amatore M. Fonteio, cum ille diceret* FIRMUM, *qui Aureliani temporibus Ægyptum occupaverat, latrunculum fuiſſe, non Principem: contra ego, mecumque Ruffus, Celſus, & Ceionius Julianus, & Fabius Soſianus contenderent, dicentes illum & purpurâ uſum & percuſſa* MONETA *Auguſtum eſſe vocitatum, quin etiam nummos ejus Severus Archontius protulit.* Sed Gallienus per hos ejus molis, quæ pro monetæ uſu non adhibebantur, ſe ſolum eſſe Romanum Imperatorem denotare exiſtimabat, & cum Odenato, & Aureolo participaſſet Imperium & cudendæ monetæ jus permiſiſſet, maximos nummos ſibi retinuiſſe videtur. In Firmo.

P

III.

Samii, ut Valeriano patri, ſic Gallieno ejus filio nummos ſignarunt: ſed hic typus, quam hiſtoriam exhiberet, ancipitem me aliquandiu tenuit: cùm autem urbes inter ſe de antiquitate plurimùm decertarent, ad veterem Samiorum aliquam ſpectare illam exiſtimavi, quam Plutarchus nobis indicare videtur per Bacchum Amazonem interficientem. *Amazones*, inquit, *Bacchum fugientes è ditione Epheſia, in Samum evaſerunt, ille navibus conſtructis, transfretavit, conſertoque prælio, multas in eo loco concidit: quem ſpectantes à copia fluentis ſanguinis Panæma appellarunt ex admiratione.* In nummo Bacchus vel Phlous, nam id alii ad Phloum revocant galea inſignis, bellatoris & herois ornatu, ſtrophio ſupra capulas volitante, Amazonem humi proſtratam, capillis ſiniſtra arreptis, erigit, quam pugione confoſſurus eſt : Amazon dignoſcitur ex tunica, quæ aperit & demonſtrat mammam exuſtam, ne impedimento eſſet ad pugnam conferendam. Amazonum oſſa in hac inſula diu demonſtrata fuiſſe tradunt. Truncus arboris locum indicare videtur, ubi res geſta fuit.

Quæſt. Græc.

Digitized by Google

ROMA

Digitized by Google



Digitized by Google

M. CASS. LATIENUS POSTUMUS.

POſtumus Tranſrhenani limitis dux & Galliæ, præſes à Valeriano factus eſt, quo à Sapore capto, Gallienus ejus filius Saloninum ſuum Poſtumo educandum, & ad res militares formandum miſit: ſed cùm Celtæ puerum apud ſe Imperare ferre non poſſent, illo occiſo, Poſtumum appellarunt Imperatorem. Gallienus contra eum movit, ſed fruſtra, fortiſſimus erat dux, & ut ſe ob virtutem à Gallis electum denotaret, nummum percuſſit cum epigraphe VIRTUS AUG. Stat juvenis militari habitu galeatus, dextra haſtam gerens, ſiniſtra clypeo innixa, quem Romani ſub Virtutis imagine venerabantur. Pollio *In ejus vita.* Poſtumum hoc elogio à Valeriano datum ſcribit, *ut qui locum Principis mereatur jure.* Porrò à Gallis rerum novarum cupidis Læliani & non Lolliani interventu, poſt decem annos, occiſus *Ex nummis.* eſt.

CLAUDIUS GOTHICUS.

CLaudius, Gallieno Heracliani & Marciani inſidiis prope Mediolanum occiſo, ab exercitu Imperator factus eſt, & Gothis qui Provincias undique vaſtabant devictis nutantem Rempublicam conſervavit, ſed cùm pecunia tot bellis civilibus & Gallieni impenſis immoderatis eſſet exhauſta, & ad Gothicum bellum confi-

Digitized by Google


ciendum neceſſaria, non modo imminuta eſt argenteæ materia, ut probant nummi: ſed ærea primi moduli ſuppreſſa, & frequens ex minimo, & rarò ex mediocri ſignata eſt: unde in nummis non amplius nota S. C. cui forſan Senatus ad res reſtituendas, conſenſit: porrò Imperator nummos maximos non ad uſum, ſed amicis donandos, & ad Imperii ſplendorem aliquot percuſſit.

M. ANNIUS FLORIANUS

Florianus Imperium, quod frater à Senatu conſentientibus militibus receperat, & quo per ſex tantum menſes erat potitus, tanquam hereditarium arripuit: ſed cùm accepiſſet Probum à militibus electum, fortitudine illi impar, venas ſibi ſecari juſſit, cùm nollet privatus vivere; alii à militibus occiſum narrant. Licet autem duos *Vopiſc.* tantum menſes imperaſſe dicatur Florianus, nummi ejus maximi non admodum perrari ſunt, ſed tantum cum trium monetarum typo, quod illa ex tribus metallis auro nempe, argento, & ære ſignaretur: ideò tres fœminas repræſentabant bilancem ex una manu, & cornucopiæ ex altera gerentes: bilancem quidem quod moneta pondere certo conſtare deberet: cornucopiæ verò, ad indicandum ex moneta rerum omnium abundantiam conciliari: pro pedibus earum monticuli, ſeu metalli cujuſque acervus.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

M. AVRELIUS PROBUS.

I.

PRobus tot egregia belli facinora ſub Valeriano, Gallieno, Claudio, & Aureliano Principibus ediderat, ut Senatus illum à militibus electum mox confirmaverit; itaque Romam iter acceleravit, ut in Gallias cum ingenti exercitu proficiſceretur contra barbaros, qui poſt Aurelianum, Romanas civitates occupaverant: ubi plurimi reguli illius poteſtati ſubjicientes ſe, tributum ſolvere polliciti ſunt; in cujus rei memoriam maximum hunc nummum ſignari juſſit, cùm alloqueretur cohortes, præmia belli iis diſtribuens, præſentibus quos ſubjugarent, regulis: quem typum valde illuſtrant Vopiſci verba: *Quandiù reguli novem ex diverſis gentibus venirent: atque ad pedes Probi jacerent.* *In Probo.*

II & III.

Romani Principes, infimi, ut vocant, Imperii, à Claudio inchoantes, nummos maximos frequenter cum *tribus monetis* percuſſerunt, ut penes ſe jus omne ſignandæ pecuniæ denotarent: interea obſervarunt Antiquarii, cùm nummi primæ magnitudinis, in quibus res Principis memoriâ dignas exhibere ſolebat Senatus, in uſu monetæ non ampliùs eſſent, Imperatores aliquando geſta ſua militaria clypeis inſculpſiſſe? an quod illi, ut mos erat antiquitus, in templis etiamnum appenderentur?

In ſuperiore Probi clypeo depingitur ipſe jaculo barbarum impetens, ut in nummis Cæſarum ſupremi Imperii effingi ſolebant Imperatores cum victoriâ per aëra volitante, & coronam ipſis præbente. In ſecundo, tanquam ex bello redux exhibetur haſtam gerens, præeunte aut Roma, aut Felicitate: pro pedibus captivus. In tertio, ejus in urbem adventus Pacificatoris habitu, dextram elevans præeunte Roma, quæ videtur galeata, & ſubſequente milite, cum ab exercitu electus fuiſſet.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

CARUS ET CARINUS.

CArus, Probo bellum Perſicum meditante inſidiis quorumdam militum occiſo, ab exercitu Imperator eſt appellatus; cùm autem bellum contra Perſas ſuſcipere vellet, filios fecit Cæſares, ut narrat Vopiſcus, *Bellum Perſicum quod Probus parabat, aggreſſus eſt, liberis Cæſaribus nuncupatis.* *In ejus vita.* In Carini Cæſaris à patre Caro creati gratiam videtur cuſus hic maximus nummus, quod exhibeatur cum parente. Epigraphe SÆCULI FELICITAS per quatuor puerulos anni tempora deſignantes, abundantiam ſub iis principibus per omnes anni tempeſtates non defuturam denotat, Ver enim caniſtrum floribus refertum gerit. Æſtas falcem ad ſegetes ſecandas tenet, Autumnus per Leporem dextra, tempus venationibus aptum indicat, & læva maturos fructus in caniſtro oſtendit. Hyems veſtibus contra frigus munitur, dextra pedicam ad capiendas aves, & læva jam captas præ manibus demonſtrat. Sic felix ſæculum ſub Caro & filiis: quibus alludit Calpurnius

Sed hæc quibus aurea poſſint
Sæcula cantari.

NUMERIANUS.

M. Aurelius Numerianus Cari Imperatoris filius junior, patrem ad Perſicam expeditionem Cæſar ab eo factus, ſequutus eſt: dein-

de in Meſopotamia Imperator ab eo acclamatus, Auguſti nomen accepit, eumque barbaros profligaſſe indicant ejus nummi obvii, cum epigraphe MARS VICTOR & JOVI VICTORI. Quod confirmat ejus imago ſub clypeo depicta in barbaros equo decurrens, quos jaculo impetit, dum victoria per aëra volitans ipſi coronam porrigit. Nummus autem hic maximus inſigni arte cælatus Romæ percuſſus videtur Numeriani juſſu, amicis diſtribuendus, cùm ad urbem properaret, ſed in itinere Apri Soceri inſidiis interfectus eſt.

C. VALERIUS DIOCLETIANUS.

Diocletianus, Caro Imperatore mortuo & Numeriano ejus filio, à militibus Imperator appellatus eſt, quod cùm Romæ Carinus Numeriani frater major accepiſſet, adverſus Diocletianum cum exercitu progreſſus eſt, ſed ab eo in Mœſia victus occiditur; itaque Diocletianus in Urbem venit magno honore à Senatu acceptus: ubi præter nummos ad uſum publicum, maximos pro donativo percuſſit; at cùm mos invaluiſſet id initio fieri, & nihil adhuc præclarum geſſiſſent Imperatores, monetarum typum exhibebant. Liceat nos hic tyrones monere hunc Principem nummos ex ære medios reſtituiſſe vel frequentiores reddidiſſe, & argenteos poſt tot ſæcula ex argento puro cudiſſe, & ne quis monetam adulteraret, graves pœnas inſtituiſſe: unde *ſacra* in ejus nummis appellata eſt.

M.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google



Digitized by Google

INſurgentibus Tyrannis Maximianus à Diocletiano Cæſar factus eſt, deinde Auguſtus, & Imperii particeps. Cum ille bello ſtrenuus eſſet, ſed natura ferox & immitis, ſupremum adeptus faſtigii inſigne, nummos cum monetarum typis percuſſit, ut penes ſe eſſe etiam jus monetæ cudendæ argueret. Diocletianus quidem dictus eſt Jovius: Maximianus vero, Herculius, quaſi Diocletianus, alter eſſet Jupiter, Herculis pater. Ut Julii & Auguſti temporibus, pro moneta ſignanda erant Triumviri monetales, ſub his Principibus dicebantur Procuratores monetæ, ſeu Præpoſiti monetæ, ut eos vocat Ammianus. *Lib. 22. & 17.*

C. GAL. VAL. MAXIMIANUS.

GAlerius à Diocletiano & Maximiano Cæſar creatus eſt cum Conſtantio Chloro: in affinitatem etiam ambo vocati ſunt, ut firmiora inter eos eſſent vincula: Galerius Valeriam Diocletiani filiam in uxorem accepit, & Conſtantius Theodoram Maximiani; & quaſi inter omnes diviſum eſſet Imperium, Illyrici oræ ad uſque Ponti fretum, Valerio commiſſæ ſunt: unde ipſis etiamſi tantum Cæſaribus jus monetæ cudendæ communicatum eſt, ut indicat maximus ille nummus, in quo tres fœminæ ſolito modo exhibentur: quod jam Gallieni ævo, in Salonino ejus filio receptum, obſervamus, ut penes Cæſares hæc ſupremi faſtigii nota, jam eſſet.

Q

Conſtantinus Conſtantii Chlori cum Galerio à Diocletiano & Maximiano adoptati filius; patre in Britannia mortuo, Cæſar dictus, in Gallias redit: ubi cum Maximiano, qui purpurâ depoſitâ rurſus eam acceperat, fœdus iniit, ducta in uxorem Fauſta ejus filia; ſed poſtea Maximianus Romam reverſus, cùm Maxentium filium Imperii participem declarare recuſaret, ex Urbe expulſus, ad Conſtantinum generum reverſus eſt, cui cùm inſidias ſtrueret, iis detectis, laqueo vitam finiit. Interea Romani Maxentio urbem tyrannicè adminiſtrante, Conſtantinum, ut eos liberaret, vocarunt. Mox ille copias inſtruit, & devictis Maxentii in Italia ducibus, eum tandem ad pontem Milvium in Tiberi ſubmerſum ſuperavit: unde Maximi nomen conſequutus eſt, & magno applauſu Romæ eſt exceptus. Bellis civilibus confectis barbaros undique contudit, Imperiique ſedem Byzantium tranſtulit, eamque urbem reſtauratam, Conſtantinopolim appellavit. Gothos in Sarmatarum terris vicit, iiſque debellatis Conſtantinopolim rediit, ubi percuſſus eſt hic nummus cum epigraphe FELICI VICTORIÆ AUGUSTI. Genius urbis novæ ſedet, turribus inſignis, tanquam eam condidiſſet: palmam tenet ut Victrix: cornucopiæ gerit, ad indicandam ſoli fertilitatem: illi Victoria coronam, ut præmium porrigit.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

FL. JULIUS CRISPUS.

CRriſpus Conſtantini ex Minervia priore ejus uxore filius, à patre Decennalia Imperii peragente cum Conſtantino juniore ex Fauſta fratre, Cæſar dictus eſt: in cujus memoriam videtur cuſus hic maximus nummus, denotans eum ad ſummum Imperii faſtigium per conceſſum cudendæ monetæ eſſe deſignatum: unde in nummis ejus ævi: SACRA MONETA AUGG. ET CAESS. NOSTR. *Sacra moneta Auguſtorum & Cæſarum noſtrorum.* In hoc autem dicitur MONETA URBIS VESTRÆ. ad indicandam monetam in aliis etiam urbibus eſſe conceſſam à tempore quo Claudius exiſtimatur ſignandi poteſtatem Senatui ademiſſe: de quibus vide Ducangium in Hiſtoria Byzantina, & in Diſſertatione de inferioris ævi Numiſmatibus.


Digitized by Google

FL. CLAUD. CONSTANTINUS JUN.

Conſtantinus junior Conſtantini M. ex Fauſta filius natu major, cùm Criſpo ex priore patris uxore Minervia fratre, dum Decennalia celebraret, Cæſar factus eſt; cujus memoriam in clypeo renovat par has voces VOT. X. id eſt *Votis decennalibus*. Cùm igitur illi per Cæſaris dignitatem ad Imperium deſignati eſſent, res à patre geſtæ iis communicantur & ſicut Victoria in Conſtantini M. nummis ita in iis exhibetur. Victoria clypeum tenet, in quo VICTORIA AUG. & circa, VOTIS MULTIS X. modo in Conſtantino juniore ſcribitur VICTORIA BEATISSIMORUM CAESS. ob ereptas Licinio Provincias, poſtquam eum Conſtantinus pater ad Cibalim viciſſet. Beatiſſimi titulus Diocletiano & Maximiano primùm datus eſt, quòd feliciter Barbaris & Tyrannis devictis Imperium per tot annos adminiſtraſſent: deinde Conſtantino patri, poſt ejus victorias, conceſſus: unde Cæſares illius filii, etiam BEATISSIMI nominantur.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google



Digitized by Google

FL. JULIUS CONSTANTIUS.

I.

COnſtantius Conſtantini M. ſecundus ex Fauſta filius, primùm à patre Cæſar factus eſt, & eo mortuo Auguſtus & Imperator cum aliis fratribus, cui in diviſione Imperii, Oriens ceſſit. Perſas in Meſopotamiam irrumpentes, repreſſit; unde Conſtantinopolim reverſus, percuſſus eſt hic maximus nummus cum epigraphe VICTORIA AUG. Victoria ſub Genii urbis forma exhibetur, corona turribus ornata, ad denotanda illius ampliſſima mœnia à patre Conſtantino extructa: pede dextro proræ impoſito, ad arguendum ejus ad mare ſitum: dextrâ palmæ ramum gerit, ſolenne victoriarum inſigne: lævâ cornucopiæ tenet, ad denotandam ſoli fertilitatem & abundantiam.

Digitized by Google

II.

Cæſaris tantum titulo inſignitur Conſtantius in hoc nummo, quam dignitatem à patre Conſtantino recepit, cùm Vicennalia ſua & Criſpi Conſtantinique junioris filiorum Decennalia celebraret, qua de re Aur. Victor inquit, *Namque ea tempeſtate Imperatori noſtro Conſtantio inſigne Cæſaris datum.* Pro cujus Conſtantii dignitatis Decennio, Nicomediæ ipſi conceſſæ acta ſunt vota, & cuſus eſt hic nummus, in quo Victoria ſcribit in clypeo VOT. X. id eſt *Vota Decennalia.* Victoria autem dicitur Beatiſſimorum Cæſarum, quod Delmatius Conſtantii patruelis, Cæſar à Conſtantino Magno etiam factus, Calocerum in Cypro res novas molientem debellarit: inde percuſſi nummi inter Cæſares in communis victoriæ ſignum, & in nummis Delmatii Victoria cùm corona, apud Spanhemium occurrit.

De Cæſaribus.

Diſſert. 6. p. 601.

Digitized by Google

III.

Conſtantius cum Auguſti titulo prodit iterum, patre nempe mortuo: nam ſub eo Cæſaris tantùm dignitatem obtinuit. Nummus aliquam ex victoriis ejus indicat, quam ob illius forma, cum Romæ percuſſus ſit, ex Magnentio qui Conſtantem Conſtantii fratrem dolo interfecerat, relatam auguramur. Nam poſtquam ille Conſtantem in tentorio occiſo purpuram aſſumpſiſſet, Conſtantius ad vindicandam fratris necem, contra eum movit, & memorabili prælio ad Murſiam devicit: ſed cum Magnentius bellum rurſus reparaſſet, ad Lugdunum iterum Conſtantius illum ſuperavit, & in urbe ſe gladio tranſfigere coëgit, anno ætatis 40. Conſtantius ſic Occidentem recepit, ſoluſque Imperio potitus eſt: ſed cum nullum haberet filium, Juliano ejus patrueli illum tandem ceſſit.

Digitized by Google

IV.

Conſtantii nummi in ordine haud ſunt collocati, ſed ut ad ſeriem acceſſere, ſcalpti; nam hic Cæſaris titulum præfert, & ideo ante eos qui Auguſti dignitatem habent, præponendus. Conſtantius à patre cùm Cæſar factus eſſet, mox ei percuſſi ſunt nummi & iidem tituli, quibus pater ornatus eſt, attributi: ſic Victoria in ejus nummis, quæ ad Conſtantinum M. Gothis debellatis ſpectat cum epigraphe GLORIA ROMANORUM percuſſa eſt. Vox *Gloria* cùm ſit frequens de aliquo fama cum laude, primùm ſub Conſtantino Magno, qui tot egregia edidit facinora, uſurpata eſt; unde in præclaro ejus numiſmate dicitur, GLORIA SÆCULI, VIRTUS CÆSARIS. Novus honoris titulus patri datus, totam Romanorum Gloriam in Conſtantino Magno deſignans, filio etiam communicatur, tanquam eſſet jam *Romanorum gloria*.


CONSTANS

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Pag. 129


CONSTANS·NOB·CAESAR.
VIRTVS. CAESARVM.
D·N·FL·CONSTANS·AVG·
VRBS. ROMA. BEATA.

I.

FLAVIUS JULIUS CONSTANS.

Conſtans tertius Conſtantini M. ex fauſta filius, à patre Cæſaris titulo donatus eſt, cùm vota celebraret Triennalia, de quo ait Aurelius, Victor. *Et interea Gothorum Sarmatarumque ſtratæ gentes, filiorumque cunctorum minor, Conſtans nomine, Cæſar fit.* Tunc decimum ſextum agebat annum: quo titulo, tanquam ad Imperii ſucceſſionem cùm fratribus vocatus, nummi & quidem maximi, ei percuſſi ſunt: hic præfert epigraphem VIRTUS CÆSARUM, in quo Conſtantinus pater Paludatus ſtans manum imponit trophæo, quod in Sarmatia Gothis devictis illi erectum eſt. Provincia lugubris & mœſta in imo trophæi caput ſuſtentans, tanquam ſubdita depingitur: ut ſic per patris victorias, filiorum virtus emicaret, quos habuiſſet in bello comites, & quorum hac expeditione maxime enituerat fortitudo. De Cæſarib.

Digitized by Google

II.

Auguſti, id eſt, Imperatoris titulo ornatur Conſtans; poſt mortem ſcilicet patris, anno ſecundo poſtquam Cæſar ab eo appellatus eſſet: ipſi autem in diviſione Imperii cum fratribus Conſtantino & Conſtantio, Italia, Africa cum inſulis, Illyricum, Dalmatia, Macedonia, Achaia, Peloponneſus, & Græcia ceſſit. Ideò Roma in ejus nummis galeata, ut ſolet, repræſentatur, cùm Beatæ elogio, quod ſibi tribuit, cùm ſe felicem ſub Conſtante exiſtimet. Diocletiano & Maximiano ejus collegæ Beatiſſimi nomen datum fuiſſe primùm ſupra diximus: qui ſint autem beati dicendi declarat, his verbis Seneca. *Hoc nos docet beatum, non eum eſſe, quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluit, ſed illum cui bonum omne in animo eſt erectum.* Roma ergo non videtur ſe Beatam appellare, quod divitiis, ut Caput mundi, abundet; ſed quod Conſtantem habeat Imperatorem: ſi quidem Eutropius narrat de ejus Imperii initio. *Conſtantis Imperium ſtrenuum aliquandiu & juſtum fuit.* Deinde Conſtantini fratris morte tumidior, ad ſcelera ſe convertit.

Lib. Epiſt. 6.

Lib. 30.

Digitized by Google

MAGNENTIUS.

IN Gallia Magnentius ex barbaris parentibus natus, Comes tandem ordinum factus, occiſo artibus ſuis Conſtante, purpuram Auguſtoduni, cùm Imperatoris nomine aſſumpſit: rebus deinde Galliæ conſtitutis in Italiam tranſiit, ut Conſtantis Imperium ſibi vindicaret; Nepotianus interea ex Eutropia Conſtantini Magni ſorore filius, qui Imperii hæredem ideò ſe exiſtimabat, ne Magnentius, illud vacuum occuparet, Romæ ſe Imperatorem vocavit: ſed poſt 28. dies Magnentiana factione extinctus eſt. Magnentius fratrem Decentium creat Cæſarem Mediolani, & Romam progreſſus, Decentium ad tutandas Gallias, & ad novas copias colligendas mittit: pacata tandem Italia contra Conſtantium in Pannoniam profectus eſt: ubi ab eo profligatus, in Italiam ſe recepit, & ut à fratre copiarum auxilium acciperet, eum conſortem Imperii fecit, Auguſtumque nominavit, ut nos docet hic nummus cum epigraphe VICTORIA AUGUSTORUM, qui videtur cuſus, cum plures eum incautius proſequentes, circa Ticinum profligavit.

Digitized by Google

MAGNUS DECENTIUS.

DEcentius nomen Magni quod ferebat ejus pater, dictus Magnus, aſſumpſit, à quo etiam Magnentius frater appellatus videtur. Cæſar Mediolani factus eſt, cum Magnentius accepiſſet Conſtantium, patruelem Gallum Cæſarem creaſſe, ut Orientem in officio contineret, & à fratre cùm hac dignitate ad conſervandas Gallias miſſus eſt. Auguſti titulum recepiſſe videtur poſtquam Magnentius à Conſtantio ad Murſiam victus eſt, ut ipſi copias duceret, quibus ſe contra eum tutarentur: qua de re eques hoſtem jaculo impetens exhibetur cum epigraphe VIRTUS AUGG. quaſi virtute eorum communi, hoſtes eſſent debellaturi. Enituerat haud dubie Decentii in bello fortitudo, ſiquidem dictus erat cum nobiliſſimo Cæſarum frequente titulo, *Fortiſſimus*, ut nos docent ejus nummi: ſed cum audiiſſet fratrem Lugduni, poſt victoriam à Conſtantio relatam, manus ſibi violentas attuliſſe apud Senonas, laqueo vitam finivit.

FINIS.

254222

Digitized by Google

INDEX
VERBORUM ET RERUM.

A

Acilius Glabrio Conſul cum Commodo, pag. 48.
Acræus Jovis cognomen. 18
Actæa, Cereris cognomen. 29
Actia certamina Perinthi celebrata. 69
Actium urbs Epiri. 53
Actium certamen in Auguſti honorem inſtitutum. 77
Adventus Auguſti, Pacificatoris habitu. 118
Ædes Fauſtinæ Juniori decretæ. 35
Ælius Capitolinus Byzantii Prætor. 72
Æmilianus contra Gallum purpuram aſſumpſit. 109
Ænobarbus Domitiæ gentis cognomen. 2
Ænum Thraciæ urbs. 58
Æquitas, cur in monetis appoſita. 88
Æſculapius Docimi cultus. 100
Magneſiæ. 84 Pergami. 67.
Thyatiræ. 55
Agrippæ filii ab Auguſto adoptati. 99
Agrippina Germanici, ſimulandi neſcia. 7
Albinus in Gallia occiſus, 62
Alexan. Severus victoriam in Germania per Duces retulit. 79
de Perſis ipſe reportavit. 81
Sub Solis effigie in nummis. 82.
Amazonum oſſa in Samo ſervata. 114
Anazarbus, Ciliciæ urbs. 59
Ancæus Sami fundator. 163
Ancyrani Lunum deum colunt. 19
Annona Populo à Commodo procurata. 47
Antæus ab Hercule oppreſſus. 85
Antinous Hadriani Imp. amaſius. 9
Antiochia urbs Syriæ. 71
Antiochius Syriæ Rex à Romanis victus. 71
Antonius Triumvir è Samo Jovis ſtatuam ſuſtulit. 103
ad Actium cum Cleopatra devictus. 78
Apamea urbs Syriæ. 56
Aper Numeriani ſocer. 220
Apollo, juvenis depingi ſolet. 20
cognominatus Actiacus. 53
Palatinus appellatus. 53
Blaundi Lydiæ cultus. 100

K 3

INDEX

VERBORUM ET RERUM.

Apud Seleucienſes Ciliciæ. 108

In urbe Tarſo. 85

Apollonia urbs Ioniæ. 70

Apollonidienſes, in quam urbem conveniebant. 70

Apuleius conſul cum Auguſto V. 4

Aqua marina pro luſtratione. 42

Aquila Imperii inſigne. 25. Jovis. 56. Legionis. 74

Arcadius Ciliciam in duas provincias diviſit. 59

Archelaus Cappadociæ Rex ultimus. 64

Arcus M. Aurelii, & L. Veri, Romæ. 32

Argæus Cappadociæ mons altiſſimus. 64

Ariarathes Euſebes Cappadociæ Rex. 61

Aries Mercurio ſacer. 19

Arma, quibus utebantur Britanni. 48

Armeniaci nomen L. Vero datum. 38

Armiger, Martis cognomen. 89

Aſcanius Æneæ ex Creuſa filius. 99

Aſiani, Romæ templum primi erexere. 39

Aſiarcha, primus Aſiæ ſacerdos. 27

Athenodorus, Auguſti præceptor. 40

Attalus, Smyrnæ Sophiſta. 33

Auguſtus Statuam Jovis quam Antonius è Samo ſuſtulerat, in Capit. poſuit. 103.

Radiato capite exhibetur. 5

Fulmen ut Jupiter gerit. 6

Avidii Caſſii rebellio ſub M. Aurelio. 32

Aurelius Barbarus Thyatiræ Prætor. 55

Aurelius Geminus Smyrnæ Prætor. 67

Aurelius Glycon, primus Blaundi ſacerdos. 100

Aurelius Philadelphenſium primus Sacerdos. 104

Aureolus Imperii particeps à Gallieno factus. 113

B

Bacchus juvenis ſemper depictus. 21

Unde Dionyſius appellatus. 100

Amazonas profligat. 4

Apud Coryciotas Ciliciæ cultus. 110

A Pergamenis. 102

Balbinus cum Caracalla conſul. 65

Barbia Orbiana Alex. Severi uxor. 105

Beatiſſimi titulum, quis primus uſurpavit. 124

Beatus, quis jure dici meretur. 130.

Bella ſub Hadriano Imp. pauca. 17

Bellator, Martis cognomen. 89

Bellum Britannicum ſub Commodo. 50

Parthicum, quandiù duravit. 58

Bilanx, monetæ ſymbolum. 116

Digitized by Google

INDEX

VERBORUM ET RERUM.

Bipennis Amazonum inſigne. 92
Bithynia Hadriani provincia. 22
Bithynium, urbs Bithyniæ. 29
Blaundus Lydiæ urbs. 100
Blaundus, Heros quiſnam. *ibid.*
Bos Herculi immolatus. 26
Britannia ſub Commodo rebellat. 48
Britannici nomen Caracallæ datum. 65
Byzantium fame expugnatum. 72

C.

C. Litera inverſa, Centuriæ nota 74
Cæreas Attali F. Pergami Prætor. 66
Cæſaraugusta urbs Hiſp. Tarraconenſis. 1
Cæſarea urbs Cappadociæ metropolis. 64
Cæſares nudum caput gerebant. 95
Caduceus, ludorum præmium. 110
Caligula ſe Dominum appellari juſſit. 11
Calocerus, res novas in Cypro movet. 126
Calycadnus Ciliciæ fluvius. 108
Canis Hylam ſequutus. 63
Caracalla Germanici nomen aſſumit. 65
Togatus ſacra facit. 70
Alter dictus Alexander. 65
Carinus à patre Cæſar factus, 119
Carpi Sarmatiæ Europææ populi. 96
Carus poſt Probum Imperator 119.
In Meſopotamia mortuus. 120.
Caſtor Jovis ex Leda filius. 49
Cenſoria dignitas Senatui remiſſa. 106
Centauri, quibus utebantur armis. 25
Cerealia quando Romæ recepta. 24
Quomodo Græcè dicta. 64
Cæremoniæ pro Auguſtarum conſecratione. 30
Ceres Proſerpinæ mater. 36
Serendi frumenti inventrix. 10
A Romanis ab antiquo culta. 24
Certamen Olympicum in Elide primum inſtitutum. 77
Certamina, quæ vocata Φιλαδέλφεια. 69.
Byzantii, Antoniana Auguſta. 72
Cervus Dianæ ſacer. 35. 56
Æternitatis ſymbolum. 35
Cibalis, urbs Pannoniæ inferioris. 124
Cilicia in magnam & parvam. 59
Circenſes Agrippinæ à filio conceſſi. 7
Cius, urbs Bithyniæ. 22
Claudius Gothicus poſt Gallienum. 115
Claudius Fronto, Aſiarcha. 27
Claudius Miletopolis Prætor. 76

Claudius Rufinus Smyrnæ Prætor. 60
Clypei votivi templis appenſi. 96.
Clypei Auguſtorum res geſtas quando præferebant. 118
Codrus Athenienſium rex ultimus. 92
Colonia Romulenſis in Hiſpania. 3
Patrenſis ſub Auguſto deducta. ibid.
Coloniis cudendæ monetæ poteſtas conceſſa. 3
Colonus ut plurimùm velatus. 52.
Colophon urbs Ioniæ. 71
Commodus cur Ælius appellatus. 43
Cum patre triumphavit. 44
Annonam populo procuravit. 47
Sub Herculis imagine cultus. 54.
Spoliis Leonis amictus. 52
Concordia Principum exoptata. 40.
Laodiceæ cum Epheſo. 56
Conſtans tertius Conſtantini Magni F. 129
Ad ſcelera ſe convertit. 130
In tentorio occiſus. 131
Conſtantinopolis à Conſtantino M. vocata. 120
Conſtantinus M. quando Cæſar factus. 122
Gothos in Sarmatia devicit. 129.
Conſtantius Chlorus Conſtantini pater. 121
In Britannia mortuus. 122
Conſtantinus Junior ex Fauſta F. 122
Conſtantius Junior ſecundus ex Fauſta F. 125
Quando Cæſar factus. 126
Quando Auguſti titulo ornatus. 127
Cornelia Paula Elagabali uxor. 78.
Cornucopiæ, Symbolum abundantiæ. 10
Concordiæ deæ inſigne. 5
Corona laurea quibus conceſſa. 2.
Quercea, quibus data. 2
Corycus urbs ſe aſylum vocat. 110.
Crœſus Lydiæ rex. 94
Criſpina Commodi uxor. 43
à marito relegata, deinde occiſa. 45
Criſpus Conſtantini ex Minervia F. 123
Cumæ, Æolicarum urbs maxima. 84
Curitis, Junonis cognomen. 107
Cybele, eadem quæ Rhea, & Ops. 15
Smyrnæ tutelaris dea. 33. 60
Cydnus Ciliciæ Fluvius.
Cyziceni quando Neocori primum. 36
Quando, bis Neocori facti. 16.
Cyzicus urbs Helleſponti celeberrima. 63

INDEX

VERBORUM ET RERUM.

D.

DAcia ſub Commodo ſedata. 50
Dædalus faber Athenienſis. 83
Daduca Cereris ſacerdos. 29
Dalmatæ à Tiberio victi. 5
Decebalus Daciæ rex. 13
Decennales ludi, à quo inſtituti. 49.
Decennalia Commodi, quando ſuſcepta. *ibid.*
à Conſtantino M. ſoluta. 123
Decentius Magnentii frater. 132.
Apud Senonas laqueo vitam finiit. *ibid.*
Decius contra Philippum Imperator factus. 101
cur Hoſtilianum adoptaverit. 105.
Delmatius Conſtantini M. nepos. 126
Demetrius Apellas Apolloniæ Prætor. 71
Dextrarum junctio, fidei ſymbolum. 45
pro matrimonio contrahendo. *ibid.*
Concordiæ ſymbolum. 78
Diana, cognominata Lucifera. 35.
Polymamma apud Epheſios. 56.
Eadem Philadelphiæ culta. 104.
Venatrix appellata. 90
Dindimus Phrygiæ magnæ mons. 28
Dio conſul iter. cum Alex. Severo. 79
Diocletianus contra Carinum Imperator factus. 120
Alter vocatus Jupiter. 121
Diomedes Pythia certamina inſtituit. 66
Docimum urbs Phrygiæ magnæ. 100.
Docimus, Macedo, Antigoni dux. 100
Domitianus Dominum ſe appellari juſſit. 11
Se Palladis filium jactabat. *ibid.*
Druſi ſenioris ſtatua in templo Concordiæ. 5
Druſus Tiberii filius. 105

E.

ELagabalus, Solis erat Sacerdos. 78
Emeſa urbs Syriæ. 63
Epigonius Colophonis urbis tyrannus. 72
Epheſii Aſiæ primatum obtinuere. 90
Quando Neocori bis dicti. 61
Auguſtorum & Artemidis Neocori. 82
ut ſoli primatum haberent, obtinuere à Macrino. 76
Epheſus Ioniæ urbs. 56
Epidaurus urbs Peloponneſi. 79
Etruſcilla Decii, & non Voluſiani uxor. 104
Evander Arcadiæ rex. 24
Euhippa Amazon, Thyatiræ fundatrix. 55
Euſebia Cappadociæ urbs. 64

S

Eutropia Conſtantini M. ſoror. 131.

F.

FAlx æſtatem deſignat. 110
Fauſta, Conſtantini M. uxor ſecunda. 113
Fauſtina junior parum pudica, 35.
Sub Dianæ Luciferæ effigie. *ibid.*
Sub Proſerpinæ nomine. 36 93
Sub Veneris appellatione. 36
Fauſtina ſenior, quando mortua. 29.
Feſta pro Decennalibus celebrata. 49
Fides exercitus Commodo præſtita. 50
Fimbria Romanorum dux. 67
Firmus ſub Aureliano tyrannus. 113.
Flavius Pauſanias Magneſiæ Prætor. 84
Flores ver denotant. 119
Florianus Taciti frater, Imperator. 116
Fœdus Epheſiorum cum Philadelphenſibus. 114
Fortiſſimus, Cæſaris epithetum.

G.

GAllienus filium Poſtumo educandum tradidit. 115
Heracliani & Marciani inſidiis occiſus eſt. *ibid.*
Gallus poſt Decii mortem Imperator factus. 107
Genius montis Argæi pro Deo habitus. 75
Germania à Tiberio vaſtata. 5
Germanicus à Tiberio adoptatus. 105
Germanicus Commodi cur cognomen. 44
Geruſia ſenum Senatus. 94
Geta Severi F. minor. 73
Gloria Romanorum quando in nummis. 128
Gordianus tertius venationi deditus. 90
ad bellum Perſicum pergit. 90.
Perſas profligat & vincit. 87

H.

HAdrianus ſe Nervæ nepotem ſcripſit. 15
Princeps munificus. 17
Minervam præſertim coluit. *ibid.*
Olympium ſe appellavit. 18
Helias Blaundi urbis Epiſcopus. 100.
Helvius Pertinax cum Commodo conſul. 52
Hercules bibax. 24
clava pro armis utebatur. 90
Midæi tutelaris deus. 63
Philippopolis Thraciæ cultus. 66
Tarſi Ciliciæ. 85
Herculis ſacrificium ad aram maximam. 23
cum Antæo gigante lucta. 86
Herculius cognomen Maximiniani. 121

INDEX
VERBORUM ET RERUM.

Herennius Decii & Etruſcillæ F. 104
Hipius Bithyniæ Fluvius. 22
Hiſpaniæ diviſio ab Auguſto facta. 1
Holmus Ciliciæ Aſperæ urbs. 108
Homadus Centauri nomen. 25
Horti Elyſii. 42
Hoſtilianus à Senatu contra Philippum Imperator appellatus. 105
Hoſtilianus ejus F. à Decio adoptatus. 106
Hygæa Æſculapii filia. 72
Hylas Theodamantis filius. 63
Hypæpa Lydiæ urbs ad Cayſtrum. 89

Julia Auguſti ſub Pietatis imagine. 3
Julia Severi; ex Emeſa urbe. 63
Julia Paula Elagabali uxor
Julius Marcus Pergami Prætor. 77.
Julius Paulus Prætorio præfectus. 78
Juno Pronuba apud Samios adolevit. 98
ab iis magnopere culta. 83
Jupiter, unde cognominatus Victor. 32
Amicus appellatus. 68
Laodiceæ cultus. 33. Sami. 103. Smyrnæ. 33
Jus monetæ cudendæ Cæſaribus conceſſum. 121

I.

IBerus Hiſpaniæ fluvius. 1
Imber divinitùs exortus. 31
Immunes Colophonii facti. 71
Imperatores pro bello ſuſcipiendo ſacra faciebant. 39
ante bellum alloquebantur milites. 97
Dii Romani à Græcis appellati. 81
Imperii quæ pars Conſtanti ceſſit. 130
Imperium ſub Diocletiano diviſum. 120
Ion Xuthi filius. 80
Iones ab eo dicti. ibid.
ab Achæis ejecti. 79
Jovius Diocletiani cognomen. 121
Iſauria regio Aſiæ minoris. 108

L.

LAmpadum dies Cereri dicata. 30
Laodice Seleuci Regis Syriæ uxor. 17
Laodicea Phrygiæ urbs ad Lycum. ibid.
Lauri ramus pro luſtratione. 42
Laurus Apollini ſacer. 103
Lectiſternia, unde dicta. 38
Legio IV. Scythica. 1
VI. Ferrata. ibid.
X. Fretenſis. ibid.
Minervia à Domitiano inſtituta. 12
XXII. Primigenia. 3
Leo Herculi ſacer. 54
Licinius ad Cibalim devictus. 124
Livia pro Junone culta. 30

Sub Juſtitiæ nomine. 3
Lucilla L. Veri uxor. 42
Quot habuerit filios. 42
Ludi Apollinares Romæ editi. 54.
Cereri quando facti. 24
Chryſanthemi Sardibus cebrati. 93
Circenſes Caſtori & Polluci dicati. 49
Pythii in Apollinis honorem. 65.
Troiæ in memoriam Aſcanii. 99.
Ludorum Actiacorum præmium. 80
Pythiorum. 65
Lugdunum Galliæ Celticæ urbs. 127
Luna eadem quæ Diana. 35
Lupa cum puerulis. 47
Luſtrationis puerorum modus. 42.
Lyſimachus Thraciæ Rex. 55

M.

MAcrinus Diadumenianum F. Cæſarem facit
Magnentius inter barbaros natus. 131
Conſtantem dolo interfecit. 127.
Ad Murſiam à Conſtantio devictus. *ibid.*
Magneſia Aſiæ minoris urbs. 84
Magnus Decentii nomen. 132
Mamæa Alex. Severi mater. 82
Manus. Manipulorum ſymbolum. 74
Marciana Trajani ſoror. 13
Marinus ſub Philippo tyrannus. 101.
Mars præcipuè à Romanis cultus. 89
Matrimonium Commodi cum Criſpina. 43
Martialis cognomen Junonis. 107
Maxentius Val. Maximiani F. 122.
Gal. Maximianus, Cæſar factus. 120
Val. Maximianus laqueo vitam finiit. 122
Maximinus ad imperium pervenit. 83
Maximus Maximini Imp. F. 84
Mazaca Cappadociæ urbs primaria. 64
Medicinæ deus Apollo. 53
Meleager Oenei Calydoniæ regis F. 90
Memmius Ædilis Romanus. 24
Mercurius Miletopolis tutelaris deus. 76
Midæum Phrygiæ urbs. 63
Midas Phrygiæ rex. *ibid.*
Miletopolis Myſiæ urbs. 76
Milvius pons ſupra Tiberim. 122
Minerva cognominata pacifera. 53.
appellata Victrix. *ibid.*
Domitiani tutelaris dea. 11
Tarſi culta. 85
à Vulcano pro uxore poſtulata. 23
Minervæ imago in Domitia-

ni nummis. 12
Minervia Conſtantini M. uxor. 123.
Mithridates Ponti Rex. 76
Mœſia Europæ provincia. 120
Moneta ſupremæ poteſtatis nota. 113
cur ſacra appellata. 120
pondere certo conſtare debet. 116
Murſia inferioris Pannoniæ urbs. 127
Myſtæ Cereris ſacerdotes. 29

N.

Navarchis facta urbs Corycus. 110
Nemeſes Smyrnæ tutelares deæ. 67.
Urbis reſtaurationem Alexandro ſuadent in ſomno. 91
Neocori Auguſtorum populi.
Neocoriam Cæſarienſes obtinent. 64
Neocorias quot Smyrna habuerit. 61
Nepotianus purpuram Romæ aſſumpſit. 131
Neptuni ſignum in portu Oſtienſi. 10
Neptunus maris deus. 84
Sami præcipuè cultus. 103
Nero à Claudio adoptatus. 9
Portum Oſtienſem perfecit. 19.
Numerianus Cari F. junior. 119
Perſas profligavit. 120
Nummi maximi non ad uſum monetæ. 116
Mediæ formæ frequentiores facti. 120
Nundina dea, unde nominata. 42.
Nyſa urbs Cariæ. 110

O.

Octavia Claudii Imperatoris filia. 9
Octavius Herennius Romæ templum Herculis erexit. 25
Odenatus Imperii particeps à Gallieno factus. 113
Oliva pacis ſymbolum. 49
Olympia certamina Pergami facta. 77
Olympus Bithyniæ mons. 22
Omphale Lydiæ regina. 28
Origo urbis Tarſi incerta. 46
Otacilia Severa Philippi Imp. uxor. 35
Ovatio M. Aurelii. 31

P.

Pacator, Martis cognomen. 89.
Pallas Thyatiræ culta. 55
Pamphilia Populo data. 22
Pandataria Mediterranei maris inſula. 7
Pannonia ſub Commodo pacata. 51
Panthera vino gaudet. 21
Baccho ſacra. 19
Parthici nomen L. Vero datum. 28
Patræ, urbs Achaiæ. 3
Paula Elagabali uxor. 73

INDEX

VERBORUM ET RERUM.

Paulina Maximini uxor. 84
Pavo Junoni ſacer. 83
Pelopea Amazon Thyatiræ fundatrix. 55
Pelops Tantali Phrygiæ regis F. 84
Penelope Icari filia, Ulyſſis uxor. 98
Pergamus ſe primam Aſiæ appellat. 59
Quando Neocoriam accepit. 67
Perinthii à Severo Neocori facti. 80
ab Elagabalo bis. 78
Perinthus Epidaurus Perinthi urbis conditor. 79
Perinthus Thraciæ urbs. 65
Perſeus, ut deus Tarſi cultus. 85
Pertinax filius, non Cæſar à patre factus. 57
Peſcennius in Syria Imperator vocatus. 59
Peſtis ſub M. Aurelio Romæ. 38
iterum ſub Commodo graſſata eſt. 53
Philadelphenſes Neocori ſub Hadriano. 104
Philadelphia Lydiæ urbs. *ibid.*
Philalethes, Jovis cognomen. 18
Philippopolis urbs Thraciæ. 65
Philippus Macedoniæ rex. 24
Philippus Arabs, Imperator factus. 97
Pacem cum Perſis facit. 98
Carpos profligat. 96
In campis Veronenſibus devictus. 101
Philippus Jun. Cæſar à Patre factus. 99
Phlous Amazonem in Samo occidit. 114
Pietas à Samiis culta. 103
Pinaria gens Romana. 23
Pithyreus Proclis pater, Epidaurus. 80
Plautius Quintillus conſul cum Commodo. 44
Plotina Trajani uxor. 13
Pluto Proſerpinam rapuit. 24
Polemo Smyrnæ Sophiſta. 33
Hadriano Imperatori gratus. 18.
Pollux Jovis F. ex Leda. 49
M. Porcius conſul Romanus. 69.
Portus Oſtienſis à Claudio inceptus. 2
Poſtumus in Galliis Imperium arripuit. 115
interventu Læliani occiſus eſt. *ibid.*
Potitia gens Romana. 23
Prima Cæſarum quæ dignitas. 106
Princeps juventutis, ſucceſſionis ſymbolum. 99
Priſcus Philippi fr. purpuram in Syria poſt ejus mortem aſſumpſit. 102
Probus à militibus Imperator electus. 116
Proceſſus conſularis Commodi. 48
Alexandri Severi. 79
Procles Pithyrei F. Ionum dux. *ibid.*
Proſerpina Cereris filia. 24. 94
à Plutone rapta. 35
Sardibus culta. 23
Pruſias Bithyniæ rex. 22

Digitized by Google

INDEX

VERBORUM ET RERUM.

Pudicitia, Romæ gemina. 104
à Principibus Fœminis optata. 111
Pudor apud Athenienſes colitur. 98
apud Samios pariter. *ibid.*
cum Pudicitia, numen idem. 104.
Pueri alati pro maribus habiti, 42.
Pullio capitis ornatus. 98
Pupienus cum Balbino Imperator. 85
Pythia certamina in honorem Apollinis inſtituta. 66
erant novennalia. 69
eorum præmium, poma. 80

Q.

Quadorum rex in nummis proſtratus. 31
Quadrigæ prò conſulatus proceſſu. 4
Quatuor puellæ, anni tempeſtates denotant. 61
Quinquatria Minervæ à Domitiano celebrata. 12

R.

Roma cognominata Victrix. 47
hoſtium ſpoliis frequens inſidet. 32
ſub Commodo colonia facta. 52
Romani ex urbe Sophiſtas ejecerunt. 60
Romulus urbis Romæ conditor. 89
Herculis cultum è Græcia cepit. 26
Ruffinus Sardium Prætor. 94

S.

Sabina Hadriani Imp. conjux. 15.
Nova Ceres vocata. 30
Sabini inter Latium Hetruriamque contenti. 107
Sacra Cereris quomodo celebrata. 29
Sacra, ante certamina fiebant. 80.
Salduba Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs ad Iberum. 1
Saloninus Gallieni Imp. F. 115
Samos urbs inſulæ Sami præcipua. 83
Sangaris Aſiæ minoris fluvius, 28.
Sapor Perſarum rex. 113
Sardiani à Gordiano Neocori ter facti. 93
Sardis urbs Lydiæ primaria. 28
Se metropolim Aſiæ, Lydiæ & Græciæ vindicat. 94
Sarmatici cognomen Commodo datum. 44
Scipio eburneus inſigne conſulatus. 4
Scythæ, boreales Europæ populi. 107
Securitas quid denotat in nummis. 9
Seleucia urbs Ciliciæ aſperæ. 108.
Seleucus novem urbes de ſuo

Digitized by Google

nomine Seleucias appellavit. *ibid.*
Senatus monetam æream Romæ ſignari curabat. 88
Senones Galliæ populi. 132
September menſis à Caligula in memoriam Germanici appellatus. 7
Septemviri Epulonum unde dicti. 38
Serapis cur calatho ornatus. 112.
Perinthi tutelaris deus. 69
Severi in Parthos profectio. 62.
Signum Domitiani antiquum. 11.
Smilis Æginæta, Junonis Samiæ iconem fecit. 83
Smyrna Amazon, Smyrnæ urbis fundatrix. 92
Smyrna Ioniæ urbs celebris. 18.
Ab Alexandro M. reſtaurata. 91.
Inter Ionicas urbes recepta. 92.
Aſiæ primatum à Caracalla obtinuit. 82
Terræ ornamentum & Græciæ theatrum dicitur. 81
cum Pergamo fœdere juncta. 56
Smyrnæi Tiberio templum erexere. 69
De Chiis victoriam retulerunt. 92
omnibus fere Auguſtis nummos cudere. 82
Sophiſtæ ad Præturæ munus accedebant. 60
Sulpitius Hermophili F. Sardis urbis primus ſacerdos. 93

T.

Tarentum urbs Italiæ. 11
Tarcenſes Severi beneficiis aſtricti. 62
cur Minervam coluerunt. *ibid.*
Tarſus Ciliciæ campeſtris urbs. 85
Libera ſub Severo facta. 86
Prima provinciæ vocata. 59
Imperatorum nomina frequens cepit. 15
Tatianus Trajani Imp. amicus. 75
Tatius Sabinorum rex. 27
Taurus Apollini ſacer. 19
Neptuno. 20
Teium urbs in Bithyniæ Paphlagoniæque confinio. 21
Teleſphorus ſanitatis Deus. 72.
Telluris ſtabilitæ typus. 51
Templa Antinoo dicata. 19
Templi Dianæ Epheſiæ proſpectus. 58
Templum Æſculapii Pergami. 66.
Thyatiræ. 55
Apollinis, apud Blaundeos Lydiæ. 100
Auguſti, Pergami. 70
Concordiæ, Romæ. 5
Herculis Victoris Romæ. 25.
Jovis Capitolini, Romæ. 32

Junonis Pronubæ, Sami, 83
Martis, in via Appia. 89
Romæ, Smyrnæ. 92
Romæ & auguſti. In urbe. 39.
Tiberii, Smyrnæ. 69
Vulcani, Romæ. 83
Theodamas ab Hercule occiſus. 63
Theodora Conſtantii Chlori uxor. 121
Theogamia certamina, Proſerpinæ dicata. 110
Theriſtrum pudicitiæ? quid. 111.
Theſeus Ægei regis Athenarum F. 81
Smyrnæ urbis reſtaurator. 91.
Thyatira Lydiæ civitas. 55
Ab Amazone ejus nominis condita. *ibid.*
Thyrſus Bacchi inſigne. 21
Tiberius Claudius Myro, Colophonis Prætor. 72
Tiberius Imp. Cappadociam, in provinciam redegit. 64
Ticinum Italiæ fluvius. 131
Titus Antonius Hypæpæ Prætor. 89
Tomos urbs ad Pontum Euxinum. 57
Mileſiorum colonia. 58
Trajanus à Nerva adoptatus. 13.
Germanici cognomen, deinde Dacici habuit. *ibid.*
à Pergamenis deus ſervator dictus. 68
Trajanus etiam Decius appellatus. 101
Tranquillina Gordiani III. uxor. 89
à Græcis dicta Furia. 94
ſub Proſerpinæ effigie. 93
Triennalia Conſtantini M. ſuſcepta. 127
Triumviri monetales, Præpoſiti monetæ deinde appellati. 120
Triumphus Parthicus L. Vero conceſſus. 37
Gordiano tertio decretus. 87
Trophæa ex quo ligno confecta. 59
Turiaſo urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis. 6

V.

Valeria Gal. Maximiani uxor. 121
Valerianus contra Æmilianum Imperator vocatus. 121
à Sapore captus. 113
Valerius Maximianus Cæſar à Diocletiano factus. 121
Verus in Aureliam gentem adoptatus. 27
Veſtæ templum Romæ à Numa extructum. 41
Veſtalis pollutæ, quæ pœna. *ibid.*
Veſtalium numerus. *ibid.*
Vicennalia à Conſtantino M. ſoluta. 128
Victoria Britannica ſub Commodo. 48

VERBORUM ET RERUM.

Carpica in nummis argenteis. 96
contra Quados à M. Aurelio relata. 46
Ulpius Marcellus Commodi legatus. 48
Vologæſus Parthorum rex. 37
Urbes appellatæ ſorores. 56
Neocoræ factæ. 61
terræ motu in Aſia disjectæ. 27
Urnæ, ludorum præmia. 80
Vulcanus Junonis filius. 23
Uxori Pertinax, Auguſtæ nomen negavit. 57

Z.

Zodiacus, duodecim ſigna continet. 94

FINIS.

Digitized by Google

Mi Coppa C. 75.

Questo è uno de' Libri Rari, e Bellissimi
che possedeansi dal Chiariss.o Letterato,
ed Antiquario fiscale Reg.o Sanfolo
Autore di varie Insigni Dissertazioni,
che è morto decotto il Letterato
Sanfolo in Mantova passò il
Tesoro de' suoi pochi ma Rari
Libri al Coen Ebreo suo Creditore.
Nell'anno 1780 in fiera di Mantova il fra
colà [illegible] in più Tomi in foglio la
Fisica Sacra dello Scheuchzero. Di q.to
Corpo innamoratosi Aaron Coen Ebreo
Levi, Ministro dell'Ebreo, che alloggiava
dal Coen, e vero di non stato [illegible] con
altra lustro [illegible] di conoscere il pregio de'
Libri di Sanfolo, che cose di poco conto si
credeano dal Talmudista. Quello [illegible]
lo raggirò in Modo, che al fine diede Coen
Tutti li Impreziosissimi Libri Sanfolo, e 3 Zecchini
in Cambio del Scheuchzero.

Digitized by Google

Digitized by Google